





1910



THEOLOGIA





FUNDAMENTALLS



PH. ET TH. DR. FR. KORDAČ,

PROFESSORIS THEOL. FAKULT. C. R. BOH. UNIV.
PRAGAE.



LITHOGRAE J. STŘEDA.

Synopsis

Tractatus philosophici de Deo.

- Introductio 1. Nescum huius tractatus cum universa philosophia iam in proemio, quaestionum philosophicarum indicavimus. -1-2 (Theologia naturalis.)
2. Quo loco quoad religionem universim et theologiam revelatam in specie sit habendus, ex rei natura patet. Cognitio enim certa, lumine rationis naturali comparata, an sit Deus et quid sit Deus - praesupponitur et Religioni in genere, quae hominis cum Deo unculum significat et theologiae revelatae in specie est fundamentum et praecambulum.
3. Porro cum cognitio philosophica i.e. ex supremis (Philosophicis) rationibus hausta et systematice proposita de Deo, religionis, de animae humanae immortalitate et de lege naturali moralis - „philosophiae (scientiae) religionis“ nomen accepit, tractatus noster - de Deo - primam huius scientiae, nostris impatis temporibus adeo necessariae, continet partem. - Alteram - de animae humanae immortalitate - inter quaestiones psychologi-

cas agimus, tertiam de lege naturali morali, parti philosophicae (s. generali) Theologiae morales seu Ethicae relinquentes. - Id enim praesens systema studii philosophico-theologici exigit.

4. Inter philosophiam et theologiam revelatam, quae principia demonstrationum ex auctoritate Dei loquentis assumit, intermedia est theologia fundamentalis seu Apologetica. - Fundamentalis dicitur, quatenus fundamenta theologiae revelatae ponit; ea sunt, praesuppositis, quae philosophia religionis de Deo, de anima humana et de lege naturali praebet:

1.) veritates de facto revelationis per Christum (demonstratio christiana) et 2.) de forma concreta (historica) in qua haec revelatio promulgata erat et propaganda et conservanda est quae est forma societatis religiosae, Ecclēsia catholica appellatae (demonstratio catholica seu de Ecclēsia Christi.)

Apologetica dicitur quatenus scientificè defendit religionem revelatam contra Naturalismum, contra Iudaeos haereticos (e.g. Perrone, Praelectiones theol.) vel si magis extenditur, quatenus defendit religionem naturalem contra Atheismum - Materialismum, Pantheismum -

Paganismum; religionem christianam contra Judaismum et Islam; religionem catholicam contra haeresum et schisma.

5. Theologia revelata sensu stricto dicta, prout est scientia eorum, quae de Deo ex revelatione sunt demonstrabilia - distinguitur ab Apologetica 1.) obiecto 2.) principio cognitionis.

Objectum Apologeticae sunt praeambula fidei et motiva credibilitatis (Auctoritas Dei loquentis); objectum theologiae revelatae sunt ipsae veritates revelatae propter auctoritatem Dei vel virtute fidei credendae (si sunt authentice propositae) vel plus minus certo tenendae (si scientificae e fontibus revelationis sunt haustae). Apologetica etiam theologia generalis appellatur et contradistinguitur a theologia speciali singulas veritates revelatas pertractante.

Principia demonstrationis: Apologeticae sunt - 1.) ratio (philosophia) et 2.) historia 3.) S. Scriptura in Apologetica adhibetur solum modo pro eius auctoritate historica. Theologiae specialis (dogmaticae) fontes sunt: 1.) S. Scriptura (inspirata) et 2.) Traditio, sub assistentia Spiritus s. sensu lato sumpta.

6.) Ex dictis apparet, et ratio Apologeticae inter phi

losofiam religionis et revelationem intermediam, se-
cum fert, ut limites harum trium disciplinarum ab
omnibus non eadem extensione indicentur.

Nostris temporibus prima religionis naturalis fun-
damenta, cum impetuntur ab incredulis Apologetis
sunt singulari cura defendenda. Hinc et nos quaesti-
ones fundamentales de Deo de immortalitate animae
in, quaestionibus philosophicis data opera selegimus.



Quaestio I^a An Deus sit.

Prolegomenon I^{um} de nomine Dei

Ety-mo-
logia.

1. Nomen „Deus“ derivatur a radice „div“ quae signi-
ficat lucere, ex quo nomen „Deus“ in etymologiae aequiva-
let nomini „lux“. (Viz. 1. Jo. 1.5).

In linguis aricis eadem radice passim subest nomi-
nibus, quibus idea entis supremi exprimitur. (eg. Ζεύς,
Διός (Διός); θεός probabiliter ex θεός (deus), cuius. F. aspi-
rationem & invenit pro δ.

Aliae derivationes classicorum vel Patrum vel a rad.
θε (τίθημι = condere, creare) vel θεῖν (currere, movere) vel

a $\text{Teo} \sim \text{Dei}$ (providere) magis rem se. ens primum motu rem quam etymologiam indicare videntur.

Nomen bohemicum, Bih (Bog) a sanscr., blaga = venerabilis et germanicum, gott probabiliter a r. djut, dju (et mutatis j = i, u = v), -dw- derivatur. Linguae semiticae referunt radicem, "El" et significant potentiam vel celsitudinem. Nomen $\text{טֵטְסָאָגָאָ וּמַטּוֹר ׀׀׀׀}$ in cursu biblico explicatur. Attendenda est haec vox in sensu, quod $\text{Elo} \sim$ 3,13,19. adhibetur de eo, qui est = ens, cuius essentia est esse:

2. Si ipsum conceptum Dei seu rem per conceptum expressam attendimus, distinguimus conceptum Dei vulgarem et scientificum.


Conceptus vulgaris est, quem omnes gentes habere probatur argumento ethnologico, cuius notae, etiam si erroribus admixtae, sunt: "Eus aliquod supremum" vel distinctus: Eus supersensibile, intellectu et voluntate praeditum, quod mundi hominumque fata dirigit cuius excellentia est colenda, voluntas sancte servanda, auxilia imploranda.

Conceptus scientificus - est fructus universae inquisitionis lumine rationis institutae de Deo, sub finem tractatus exhibendus. Si evolutionem huius conceptus historice consideramus, apparet rationi praelucere revelationem utrumque cognoscendi Dei fontem confluere ad

conceptum scientificum, quantum menti humanae
fas est attingere, plenum exhibendum. Philosophia De-
um vel "ens a se" definit vel, "Ens infinitum, simplicissi-
mum et necessario unicum". Philosophia et theologia,
qualem conceptum Dei statuat, Cone Vatic. scop. 3. cap
1. docet.



3. Dividimus totum tractatum philosophicum de
Deo in duas Quaestiones: I^a An Deus sit. II^a Quis Deus
sit. Porro quatuor classes argumentorum ad proban-
dam Deum esse - format subdivisionem quaestionis I^{ae}
in articulos quatuor; et juxta quatuor notiones trans-
cendentales unum, verum, bonum, pulchrum - subdi-
vidimus quaestionem II^{am} in articulos quatuor:
1^{us} de Deo uno ~ 2^{us} de Deo vero ~ 3^{us} de Deo bono,
4^{us} de Deo pulchro.



Prolegomenon II^{um}: De argumentis ad probandam existentiam Dei in genere.

Dei existentiam non esse veritatem immediate evidentem, propria conscientia teste patet nec non ex eo, quod veritatem talem nemo sanae mentis negaret, uti athei faciunt: - Itaque propositio: „Deus existit“ - debet probari. Probatio distinguitur „a priori“ una „a posteriori“ altera - attento ordine ontologico dependentiae rerum. - In illa a priori) derivatur conclusio ex praemissis quarum veritas est secundum ordinem (rerum) ontologicum prior ipsa conclusione e.g. in ordine physico causa est prior suo effectui; in ordine metaphysico essentia est prior suis attributis; vice versa est argumentum a posteriori

1. Non a priori sed a posteriori fit argumentatio. -

Non posse demonstrari Dei existentiam a priori ex ordine rerum physico patet ex eo, quod Deus (si existit) est prima causa et ultimus finis omnium, quae sunt vel esse possunt. In ordine metaphysico seu intelligibilitatis posse demonstrari Dei existentiam putarunt plures afferentes argumentum ontologicum (s. Anselmi). Nos s. Thomam et plurimos alios sequentes ostendemus inferius neque hoc argumentum a priori vim habere et relinqui solummodo viam a posteriori ad probandam Dei existentiam.

Divisio
argumen-
torum in
tres classes.

2. Pro diversitate ordinis, ex quo terminus medius ar-
gumentationis a posteriori assumitur, distinguuntur
juxta tres rerum ordines physicum, moralem, et meta-
physicum tres quoque argumentandi classes, quarum:
I^a classis continet argumenta metaphysica; eorum ter-
minus medius ex abstractis rationibus dependentiae, mu-
tabilitatis, possibilitatis et unitatis desumitur. Taha ar-
gumenta sunt quattuor. 1^{um} arg. cosmologicum (λόγος τοῦ
κόσμου, ratio mundi contingens, bystost svĭta nahodilá)
2^{um} arg. kinesologicum (κίνησις motus, pohyb žmĕna)
3^{um} arg. ideologicum (idea, vidina, pojem, Idea) et
4^{um} arg. henologicum (ἓν, unum, unitas ordinis rea-
lis et idealis in tanta rerum varietate et multitudine
II^a classis continet argumenta physica, quorum termi-
ni medii desumuntur ex rationibus rerum prout in
natura experientiae subsunt idque sub quadruplici
respectu.

1. arg. physicum est teleologicum (τέλος, finis, účel,
Zweck, Zweckmäßigkeit ἢ Zweckstrebigkeit, účelnost a zá-
měrnost (smĕrnost), in quo ex fine, ad quem res
omnes diriguntur, causa ordinans sapiens probatur.
II^{um} arg. biologicum (βίος vita, život), quo ex lege biologica
generationem equivocam excludente, Deus auctor vi-

tae probatur

3^{um} arg. entropologicum (τροπή, conversio, promēna) quo ex lege physica entropiae Deus uti causa prima extramundana omnis motus totusque processus cosmologici probatur.

4^{um} arg. thaumatologicum (θαύμα) miraculum, div a θαύμακ θεϊνόν), quo ex factis certis vires naturales transcendentibus Deus uti causa extramundana altior probatur

III.^a classis continet argumenta moralia, quorum termini medu desumuntur ex ordine morali i. e. ex legibus actionum moralium hominum, eaque sunt tria:

1^{um} arg. eudaemonologicum (εὐδαιμονία), quo ex appetitu felicitatis omnibus innato - Deus uti objectum unicum adaequatum felicitatis, hominisque finis ultimus existere probatur.

2^{um} arg. deontologicum (δέον - δεῖ) debitum obligatio, ζάναγγοσ, θρησκειή), quo Deus ex facto legis naturalis obligantis omnes homines - uti principium ultimum omnis legis omnisque obligationis necessario existere probatur.

3^{um} arg. ethnologicum (ἔθνος) quo ex facto consensus

universalis gentium Deum esse, probatur, hunc consensum esse fonte veritatis oriri, ideoque Deum existere.



Prolegomenon III.

Lemmata ex Logica. A) de certitudine cognitionis
humanae B) de principiis rationis sufficientis et
causalitatis }

Liz Tospisil
filosofie c. 1879
a. 73.
Honthelm,
iust. theodis
Herder)

Ex conspectu argumentorum ad probandam Dei existentiam apparet, hanc veritatem deduci esse nece nece ssario logico et ontologico, in quo Deus ens necessarium (a se) cum triplici rerum ordine metaphysico, physico et morali objective (ontologicae) est et subjective (logicae) ab intellectu humano in tali nexu esse cum certitudine cognoscitur.

Lemmatis instar ex Logica quaedam hoc loco recodimus, quae argumentis melius percipiendis et difficultatibus solvendis inserviunt.

A.). Distinguiamus a.) ordinem objectivum (s. ontologi- De primiti- cum) rerum, b.) ordinem subjectivum (s. logicum) cog- vis princi- nitionum et c.) nexum inter utrumque sc. inter subje- pnis, quib- dum cognoscens et objectum cognoscendum (intellec- omnis ins- lum humanum - et ens, verum, qualitate patet.) - In titur cert- ludo. unoquoque horum ordinum habetur propositio, quae ita est vera, certa et evidens, ut probatione non indi- geat imo sine circulo vitioso probari nequeat. Tales propositiones dicuntur principia. Principium enim generaliter dicitur id, a quo aliquid quomodocumque con- sequitur, illud quod consequitur dicitur principialium. In ordine subjectivo principium primum, a quo pen- dent in hoc ordine omnia, est ipsa existentia subjecti cogitantis (factum primum); ea enim sublata vel in dubium vocata, tolluntur vel in dubium vocantur omnia. In ordine objectivo, s. ontologico principium primum est: principium contradictionis, quod est fundamen- tum primum omnium veritatum (Principium pri- mum); Закон контрадикции (Зпроту) Quoad nexum utriusque ordinis primum principium est: Apti- tudo intellectus humani ad cognoscendum verum (Conditio prima) Сприсобилост разуму к познанию правды.

Principium contradictionis duplice forma effertur:

1^a „Quod est, est“ (principium identitatis - zášada lo-
ložnosti).

2^a „Idem non potest simul esse et non esse“ (princi-
pium contradictionis, zákon odporu).

3^a „Proditel ens aut est aut non est“ (principium ex-
clusi medii) zášada vyloučeniho bičihó

Principia haec primitiva omnis certitudinis immedi-
ate ex conceptu entis trahuntur et possunt dici analyti-
ca quatenus conceptus entis, licet per se simplex ta-
men diversos continet modos eandem notionem entis
distinctius exprimentes, prout tres illae formae id exhibent.

B.1) Principi-
um rationis
sufficientis -
(zákon dosta-
čeniho dů-
vodu.)

B.) Ex eodem conceptu entis analytice, sensu modo
explicato, derivatur Principium rationis sufficientis.
Predicatum enim „habere rationem sufficientem“ ex
analysis subjecti „entis“ invenitur. Praemittimus illud,
quo intelligitur (vel intelligi potest) quid res sit (rei es-
sentia), quod res sit (an, re) - existentia rei - cur sit res
(rei cognoscibilitas) - nomine „rationis“ significare
solemus ita, ut sit „ratio essentiae“, „ratio existentiae“
et „ratio cognoscibilitatis.“ Jam vero ex analysis entis
reperimus, omne ens esse rem quandam et habere rati-
onem constituentem, omne ens existens esse actum (kon,

uskutečnini) quendam et habere rationem, quae hunc actum determinat et tribuit, omne ens quatenus a mente apprehenditur haec species potius quam alia, ut et hoc predicatum tribuam potius quam aliud - debet exhibere aliquam rationem mentem ad cognoscendum determinantem: "Hinc principium generale: Nihil est sine ratione sufficiente" exponitur tribus huius formis:

1^a Nihil est sine ratione constituente.

2^a Nihil existit sine ratione determinante.

3^a Nihil cognoscitur sine ratione manifestante.

In primis attendendum est hoc principium in forma Principii secunda; in hac forma est (hoc principium rationis primum sufficientis) ipsum principium causalitatis (zářada causabilitatis), si agitur de rebus contingentibus, quae possunt esse et non esse.

Principium causalitatis profertur etiam forma triplici: 1^a Omnis effectus causam sui habet "(Neni učinn bez příčiny)

2^a " Quidquid incipit existere causam sui sufficientem habet

3^a Quidquid contingenter existit causam sui efficientem habet." - Principia ex his derivata, uti: Effectus est proportionatus (úměrný) suae causae et Effectus

clius debet aliquo modo praecontineri (hijl pive oba-
rem in sua causa adaequata" - sponte sua ex fontibus
fluunt. Eodem modo ista alia: Ex nihilo fit nihil (sc.
ex nihilo subjecti et objecti) et „nihil potest esse causa sui ipsi-
us et „ Duo entia non possunt sibi invicem (navzajem) causa
efficientis. In forma 3^a declaratur principium causalitatis
ita: Res contingens est ea, quae potest existere et non existe-
re. Ergo si existit, debet esse ratio, cur potius existat, quam
non existat. Haec ratio est aut possibilitas rei, aut nihil aut
causa efficiens. Atqui ex nihilo fit nihil (ex nihilo sc. subjecti
et objecti); possibilitas rei, si esset ratio existentiae, - deberent
existere omnia possibilia, quod absurdum est. Ergo rema-
net causa efficiens - ratio existentiae contingentis sufficiens.

Ex his causa efficiens definitur: principium actione sua
determinans existentiam rei novae seu incipientis. Haec
res nova est effectus. Inter causam et effectum debet esse in-
trinsecus nexus, quatenus causa „influen“ suo seu „actione“
sua determinat rem novam. Sicut quaevis res posset esse
causa cuiusvis effectus. Nexus intrinsecus est aut in ordi-
ne logico aut in ordine ontologico; in illo communicat
principium principiato (illi, quod ex principio consequi-
tur) cognoscibilitatem sicut praemissae in syllogismo
nexam habent cum conclusione; hic nexus non est cau-
salitas proprie dicta, ideoque praemissae non sunt cau-

saе consequentis sed retinent significationem universa-
liorem „ principii.”

In ordine ontologico (rerum) influxus et nexus habetur
cum principium principiato communicat (producit) ro Causalitas
esse principiato sua actione. Actio haec potest esse vel a.) efficiens pe-
immanens (Atomná, immanentní), quae in causa, a qua actionem
procedit, etiam manet (eg. anima producens cogitationem immanen-
volitionem, sensationem); vel b.) transiens (přechodná), cum tum vel tran-
situs a causa procedens in objectum (effectum) est hinc - suntem.
cum transit e.g. homo movens lapidem.

Iste conscientia certi sumus in nobis ipsis de causa²⁾: In rebus
litate per actionem immanentem Quotidiana experien- mundi
tia omnes homines, praeter aliquos philosophos, sequen- sicut (causa
tes Hume et Kantium theoretice (minime practice), cer- secundis.)
ti sunt de causalitate transeunte in corporibus viventi-
bus et non viventibus (causis efficientibus secundis). Ex e.) In Deo
argumentis probantibus Dei existentiam patet in Deo quo- (causa
que, tanquam in causa prima, esse causalitatem tran- prima.)
suntem (vel accuratius causalitatem formaliter imma-
nentem virtualiter transeuntem) in credendo, conservan-
do et regendo mundo.

Causalitati transeunti adnumeranda est determinatio d.) in cogno-
intellectus creati ad cognoscendum verum, quae appella- rationibus.
tur causalitas ideologica. Debet enim esse ratio sufficientis

in objectis, cui transeat intellectus a cogitanda (cog-
 noseanda) hac potius re quam alia et teste conscientia
 patet, non pondere a nobis hanc rationem determinan-
 tem (non a subjecto cogitante sed esse in objecto cogitato. -
 Causa activitate s. influere suo in productione effectus dis-
 tinguitur a conditione (podminka), quae est id, quod ad agen-
 dum requiritur, quamvis actione sua effectum non deter-
 minat vel virtutem causae disponens et applicans vel im-
 pedimenta removens e.g. lux est conditio ad scribendum. Est
 conditio "sine qua non" si sine illa effectus impliciter non
 fieret. - Porro ad valorem principii causalitatis transe-
 cipii causa-antis quod spectat, non limitatur ad phaenomena sensi-
 litatis uni-bilis in indefinitum uti producta et producentia sibi
 versalis. succedentia, sed principium causalitatis universalissi-
 mum est quoad contingentia. Etenim quidquid (= omne
 quod) est contingens = esse incipit, debet habere causam
 efficientem. - Utrum haec causa est sensibilis vel intelligi-
 bilis tantum (transcendens), utrum sit a se vel iterum ab
alia causa, principium causalitatis per se non docet.


Tandem actio, qua causa influit in effectum pro-
 ducendum est vel libera vel necessaria. De libertate acti-
 onum nostrarum iterum. immediato conscientiae testi-
 monio constat, et alibi certo probatur. - Errant proinde

Condicio
 Valor prin-
 cipii causa-
 litatis uni-
 versalis.
 Causalitas
 libera et
 necessaria.

qui conceptum „causalitatis et nexus necessarii” iden-
tificant. - De certitudine „principii rationis sufficientis” et Certitudo
causalitatis efficientis” patet 1^o ex eo, quod sunt analytica principio-
immediate orta ex conceptu entis et principio contradic- rum rati-
tionis; 2^o ex universali persuasione theoretica et practica onis suffici-
omnium; immo pauci illi qui theoretice cum Thome et entis et cau-
sant negant practice sequuntur. Quapropter S. Thomas in sua efficien-
l. 1. anal. post. lect. 19 dicit: „Horum principiorum esse lis
proprium, quod non solum necesse sit, ea per se esse
vera, sed etiam necesse est videri (est videti, je pou prandire), quod
sunt vera. Nullus autem potest per se opinari contraria
eorum.”

Neque quis objiciat 1.) Deum non habere rationem suf-
ficientem suae essentiae et 2.) libertatem quoque postulare,
ut sit aliquid (actus liber) sine ratione sufficiente.

Etenim Deus non potest habere causam efficientem
sui, ut. pote ens non contingens sed necessarium, ha-
bens rationem suae existentiae sufficientissimam in
sua essentia; liber porro actus non fit sine ratione,
sed sine determinatione necessaria, habens in ratio-
nalitate naturae humanae et omnibus ad volitionem
requisitis rationem constituentem et manifestantem
sufficientissimam. (V. Jospiril, 10. § 143.)



- Quaestio I^{ae} An Deus sit -

Articulus primus Argumenta metaphysica.

Thesis 1. Ex facto existientiae rerum ab alio concluditur necessitas existientiae Entis a se.

1. Argumentum cosmologicum.

Supponentes, juxta testimonium sensus intimi existentiam nostram propriam et existentiam mundi consideramus dependentiam utriusque (contingentiam seu originem) ab alio saltem quoad eorum formam praesentem (A) quae est ab alio statu praecedenti (B). Cum etiam B sit dependens ab alio (C), C ab alio (D) etc., possumus hanc dependentiam exprimere forma syllogismi hypothetici ita:

Positive:	Negative:
A existit, si existit B	A non existeret, si non existeret B
B " " " C	B " " " " C
C " " " D	D " " " " D
----- etc -----	----- etc -----
I-1 " " " I	I-1 " " " " I,

ubi I significat I primam causam a qua dependet proxime I-1, ab hac I-2 - etc - usque ad I, a I pendet I, a C pendet B et tandem A pendet a B.

Forma syllogismi hypothetici est (positiva):
A existit, si existit B. Atqui B existit. - Ergo existit A
(Negative): A non existit, si non existit B.

Atqui B existit. - Ergo existit A.

Scilicet nisi ponatur cathegorice („existit“) conditio
(B) (podmínka) - non possumus affirmare - ponere -
existentiam rei A condicionali (podmíněni) - Viget enim
lex logica de syllogismo hypothetico haec, ut solummo-
do ex cathegorica positione (affirmatione) conditionis,
positio (affirmatio) cathegorica conditionalis vel ex
cathegorica negatione conditionalis negatio cathegori-
ca conditionis rite concludatur.

Applicetur haec lex cogitandi ex duobus membris
(conditionalis A et conditionis B) ad totam seriem
conditionum et conditionalium - (dependentium,
producentium et productorum) ab A usque I et pro-
ferenda erit ista lex sic: Si in hac serie entium ab alio
dependentium non perveniamus tandem ad ens I (pri-
mum), quod non est ab alio dependens sed habet su-
am existentiam a se (ex sua essentia) aliis verbis: Si in
serie entium hypothetice existentium A, B, C, D... I-1, non
pervenimus tandem ad ens I - cathegorice (absolute) po-
nendum, nullam habemus rationem adaequatam

(sufficientem) existentiae entis \mathcal{F} -1 et consequenter \mathcal{F} -2---

$\mathcal{I}CB$ - ergo etiam totū A

Ergo sine ratione sufficiente affirmo et persuasum habeo factum propriae existentiae et factum existentiae mundi. Id autem aequivalet Scepticismo universali-

Ergo existit ens (\mathcal{F} imum) a se seu necessarium seu improductum = independens = absolutum (Bylost. \mathcal{A} se-
be = nutná = nezávistá = nepodmíněná = naprostá

Confirmatur haec argumentatio ex eo, quod in se-
rie causatorum et causantium $A-B-C-D---\mathcal{F}$, cau-
sa (\mathcal{P}) prima proprie est id quod causat; inferiores \mathcal{F} -
- B sunt id, quo causat. Ergo multiplicatis in inde-
finitum causis inferioribus, quamdiu deficit prima,
non potest haberi effectus (A), quia semper deest prin-
cipium quod. Adsumt quidem instrumenta sed deest
artifex, qui eis ad opus utatur. Illustratur res exemplo
spirae elasticae in horologio, quae semper erit neces-
saria uti principium, quod agit indices horarum,
dum notae, in longissima etiam serie aliae alias mouen-
tes et ab aliis motae, sunt instrumenta, quibus agit spi-
ra - uti causa prima, quae movet.

Námítka ná: Recurrentibus ad seriem infinitam causantium et causa-
rum, ut effugiant vim argumenti cosmologici, respon-
demus

1^o Dato et non concesso possibilem esse seriem infinitam productorum et producentium, requiritur nihilominus causa extra hanc seriem, necessario (a se) existens, a qua tota illa series causatur.

Probamus hoc ita: Ens ab alio (causatum) (seu productum,) est insufficientes ex se ad existendum. Haec insufficientia, quae singulis seriei membri propria est - toti seriei, quamvis infinitae, competit, quia hoc praedicatum: "insufficientes ex se ad existendum" singulis membri essentialiter (non autem solummodo ratione quantitatis vel numeri) convenit. Atqui praedicatum, quod negatur vi essentiae de singulis membri seriei cujusdam distributive sumptis (eg. animal leo est insufficientes ad cogitandum, canis est insufficientes ad cogitandum...) debet negari etiam de tota serie collective sumpta (leo + canis + ...) sunt insufficientia ad cogitandum.

¶ Contra praedicatum, quod ratione quantitatis (vel numeri) negatur distributive de subjecto [eg. 3 non est 5 neque 2 sunt 5] debet (vel potest) competere si collective sumitur (eg. $3+2=5$. Vel: neque equus A neque equus B... ¶ est sufficientes ad trahendum currum. Sed equi A+B+C... sunt (v. possunt) esse sufficientes ad currum hunc trahendum.-

Respondemus 2^o: Series productorum et producentium infinita (nekonečná - neobmezená) esse non potest sed est ac-

semp semp finita (konečnā, obmezenā), potentia infinita
Multitudo (nedokonečnā) - arg 1. - Repugnat multitudo permanens
simultanea h.e. talis, cuius elementa, omnia simul sunt. (multitudo
repugnat. simultanea actualis e.g. multitudo atomorum in univer-
so). - (Ex ratione (conceptu) multitudinis): Multitudo, quae
supponitur infinita, constat unitatibus distinctis. Ex his pos-
sunt aliquae secerni saltem cogitatione; quae remanent
sunt vel infinita vel finita; si infinita, habetur infinitum
quod in eadem ordine potest crescere; majus est enim infi-
nitum coalescens ex omnibus unitatis, quam infinitum
dantis pluribus; - si vero, quae remanent sunt finita, habes ab-
surdum, quod finita addita finitis efficiunt Infinitum.

Alio modo: In multitudine, quae supponitur infinita,
possum saltem cogitatione considerare unitates distin-
ctos uti binarios, ternarios etc. Omnes binarii, ternarii etc.
sunt aut infiniti numero aut finiti. Si infiniti, habi-
tur infinitum unum duplo-triplo... etc. majus altero infi-
nito in eadem ordine. - Si finiti sunt binarii... ego exhau-
riri potest infinitum binariis, ternariis... finitis, quod ite-
rum absurdum est. - Simili modo de magnitudine,
quantitate dicatur, quae supponitur infinita. De qua
re postea cum agitur de ente necessario, infinito u-
nico. -

arg. 2. de serie successiva habetur hoc speciale argu-

mentum a^o probandum: membra infinita in ea repu-
gnare: In tali serie causantium et causatorum seu antee- Multitudo
dentium et consequentium, quae supponitur infinita, non successiva
habetur membrum primum; tunc enim esset finita, quia repugnat.
membrum primum esset seriei initium et sicut descenderet
series talis a primo ad ultimum membrum praesens, ita
posset pertransire ab ultimo ad primum. Porro in tali serie
successiva cum deest primum membrum plura sunt mem-
bra consequentia, quam antecedentia; ultimum enim est
consequens et non antecedens; reliqua omnia sunt ante-
cedentia - relata ad terminos post se; et consequentia re-
late ad terminos ante se.

Atqui in omni serie successiva (causantium et cau-
satorum) totidem debent esse consequentia, quot sunt ante-
cedentia, uti inductione patet e.g. in aliqua serie genealo-
gica, in qua tot debent esse filii quot patres; filius enim ne-
quit cogitari sine patre et vice versa. - Itaque sicut ultimus
in serie filius actu non est pater, ita debet esse aliquis pri-
mus pater, qui non est filius - sed mediate a Deo creatus.

Lex scilicet in serie successiva viget, quod numerus ante-
cedentium (a) aequalis est numero omnium membrorum
demto ultimo (m-1); et numerus consequentium (e) = nume-
ro omnium membrorum demto primo (m-1) ideoque a=e,
quod non obtinet in serie ex hypothesis infinita quae ideo

impossibilis est.

Scholion 1. Ens a se non debet ita intelligi, ut sit ens, quod esset „causa sibi“ - „sebeurčeni“, „sebeprodukuje“, „Selbstgürn-
ding“ misto Selbstgürnd; Selbstgürngirkhifing (sebeuskutečnení) misto Selbstgürngirkhifing (samoskutečnost) takže „asetas“ - „autočid se stoložňuje“ = Selbstgürnging = Selbstgürngör-
bringing (gürntur, Hifn, Schell) - nihil enim potest esse sui ipsius causa; (Cf. Proleg. III.) sed „ens a se“ intelligitur ens habens rationem sufficientem suae existentiae in sua es-
sentia necessaria

Modus illorum modernorum concipiendi a se itatem repugnat principio „causalitatis“ et „contradictionis“. Etenim ens causans semetipsum deberet simul existere et non existere. „Existeret - quatenus causat“ („sif sifgt - sif gügürndat“); non existeret - quatenus causatur - „güfift - gügürndat sif“. Talis „progressus“ pantheismum redolet.

Scholion 2. Neque confunderendum est „esse absolutum“ ens primum („o'ür“) cum „esse abstracto“ („tò'ör). Peget docet ens purum = güürö, rürntür ün „esse aliquid absolute vacuum et indeterminatissimum“ („dab' o'bföhtür Lürür ün Umbestimmtheit, rürift ün d'ielstürftür Mürd'gürngüf-
cür ün Nifft' gürn gollan ün sif unyürürbrütet).

Discrimen inter „Ens a se, o'ür“ et ens abstractum „tò'ör“ patet esse a) logicum secundum comprehensionem

et extensionem, b.) origine, qua in mente fit c.) proprietatibus



§ 2.^a Argumentum kinesiologicum

Thesis II.^a Ex motu latissimo sensu considerato probatur existere Deum tamquam motorem immobilem seu Ens a se

Declaratio: Motus sensu latissimo dicitur transitus ad actum; actus hoc loco etiam sensu latissimo sumitur et significat rō fieri alicuius rei, sive substantiae sive accidentis (uskutičnini, Art. Maxima) e.g. transitus hominis possibilis ad ordinem realem (per creationem uli probabitur) est motus a posse ad esse (substantiae) sine medio); transitus hominis a statu rudi in statum cultum - est motus sensu lato ab esse lati ad esse aliud / accidentis per gradus intermedios; transitus globi a puncto A ad punctum B in spatio est motus

sensu stricto, motus localis.

2.) Principium de motu universalissime sumpto tenendum est hoc:

„Quidquid movetur ab alio movetur.” Principium hoc non probandum sed explicandum est, utpote cum principio causalitatis (et rationis sufficientis) immediate nexum, est eius applicatio ad motum.

Et sane, ut ab obvis incipiamus, viri rerum mechanicarum periti aeque ac rudes videntes corpora moveri quaerunt motorem a rebus motis diversum alium - implicite innixi principio: quidquid movetur ab alio movetur.

Philosophus videt extendi hoc principium ad quemlibet motum sensu lato et latissimo sumtum ita: quicquid transit ab esse tali (rudi) ad esse aliud (cultum), quicquid transit ab posse ad esse - incipit existere - ab alio debet moveri seu determinari. Hoc enim patet ex principio causalitatis. Quicquid enim a potentia, existendi, proprietatem - (accidens) - culturae habendi, locum alium occupandi) transit (movetur ad hunc actum (uskutičníní), acquirat hunc actum (hanc perfectionem; si acquirat - non habuit quod acquirat; si non habuit, non poterat sibi dare; nemo enim dai

quod non habet. Ergo ab alio (a se distincto) accipere debuit. Ergo clarum est hoc principium: Quidquid movetur ab alio movetur - ex principio causalitatis, quod docet: omnis causa adaequata sumta suum effectum praecontineri debet. -

Causa movens motor - actum, quem efficit in moto, praecontinet vel ita ut 1^o ipsa hanc vim motricem (hunc actum perfectionem) ab alio accipit et tunc appellatur motor mobilis i.e. motor, qui et ipse prius in potentia erat et transit (= motus est) ad hanc energiam (acquisivit actum), quem communicat alteri e.g. globus A motus est a globo B et B a globo C. B est motor mobilis quoad A. -

Causa movens - motor - actum effectum in moto praecontinere potest 2^o ita, ut hanc vim motricem (actum communicandum) ab alio non accipit, sed habet in se, semper existens in actu relate ad perfectionem communicandam, nullaque ratione a potentia ad actum pervenit; - talis motor dicitur immobilis, quia non movetur ab alio. Si talis motor existit (uti existere probatur) debet esse ens a se i.e. habere rō esse reale et proinde rō agere (movere alia) a se seu necessario existere. Si enim accepisset rō esse reale ab alio, erat in potentia ad ipsum et consequenter ad actum

cum nihil agit, quod non est

Hicce praesuppositis en:

argumentum kinesiologicalum:

Ponatur aliquod A, quod movetur ad actum x (acquirat existentiam, vel qualitatem, vel transferatur localiter.). Debet moveri ab alio - a B. B est aut motor mobilis aut immobilis. Si mobilis, movetur ab alio C. C iterum est aut motor mobilis aut immobilis... et ita porro. Jam vero in hac serie motorum et moventium in infinitum pergere non licet uti Thesi I^a probavimus. Ergo necesse est perveniamus ad motorem Primum, qui est immobilis = Ens a se = Ens necessarium = Deus.

Motor immobilis non potest esse materia improducta (aeterna) quia a) est "iners" i.e. indifferens ad motum vel quietem, ergo ut moveatur ab alio moveri debet; b) supponere materiam vi suae essentiae semper i.e. sine ullo initio et fine in motu esse a) metaphysice et b) physice est impossibile.

Ad a) Probatio: 1): Materia existens essentialiter motum significat, materiam exigentem essentialiter unum statum succedentem tempore statui alteri; talis successio mutationum (sc. motus) rerum - tempus est. Atqui materia quatenus essentialiter motum exigit, excludit tempus, exigens immutabiliter semper

omnes dictos status; simul sicut immutabiliter habet semper eandem essentiam. Quidquid exigit e.g. essentia circuli semper sine ulla temporis differentia exigit; eodem modo, quidquid exigit essentia in ordine existentiae, semper exigit temporisque successione[m] excludit.

Ergo materia exigens motum vi suae essentiae ab aeterno-contradictionem involvit s. metaphysice repugnat. -

2. In motu distinguitur 1.) terminus a quo 2.) terminus ad quem et 3.) mutatio successiva inter utrumque.

Materia exigens motum essentialiter aut. exigit omnia tria simul, quod absurdum est ex terminis. (Motus transitus.) Si exigit terminum a quo, exigit eum semper vi essentiae et non habebitur neque transitus, neque terminus ad quem; ergo nullus motus. Si terminum ad quem exigit, habebit illum ab aeterno sine ullo transitu i.e. sine ullo motu. Si exigit transitum, numquam pervenit ad terminum, qui est essentia transitus. Ergo quidquid dicas, postulando materiae motum essentialem, - absurda dicās. - Ad β.] Materia ab aeterno vi suae essentiae in motu, attenta lege entropiae jugiter crescentis, significat: Materia in motu infinitam habet energiam, quippe quae, licet ab aeterno infinite multis subtractionibus energiae per transitum in energiam potentialem ex actuali (mediante radiatione caloris in universum), nihilominus non exhauritur. Haec energia ex-

primitiva M (massa atomorum) $\times V$ (velocitas) = ∞ . Cum vero M infinitum non est, uti ex spatiis materia liberis (eti- am aether fines habet) patet, deberet $V = \infty$. Ut sit $V = \infty$, cum s (spatium) = vt (t = tempus), ideoque $v = \frac{\infty}{t} = \infty$, ideoque $v = \frac{s}{t}$, deberet aut $s = \infty$ i.e. materia moveri spatio infinito, quolibet tem- pore (t) dato, quod est mechanice (physice) absurdum; vel deberet $t = 0$ ideoque $v = \frac{s}{0} = \infty$, i.e. materia percurreret quolibet spatium fi- nitum s , sine ullo tempore, quod iterum absurdum est physice.

Ergo supponere materiam ab aeterno essentialiter in mo- tu, est suppositio metaphysice et physice impossibilis

Ergo motor immobilis immaterialis esse debet, movens se- metipsum i.e. vivens. Non potest esse vivens dependens a ma- teria i.e. vivens vegetativum vel sensitivum, quia tale vi- vens indiget motore extra se, ut transeat a potentia ad actum. Ergo debet esse vivens spiritus purus. Spiritus agit vel necessa- rio (per modum naturae) vel libere per modum voluntatis.

Quoad motum mundi non egit spiritus movens necessa- rio, quia motus tunc esset aeternus, quod repugnat. Ergo egit per voluntatem liberam. Volitio supponit cognitionem. Ergo egit spiritus movens cognoscendo verum et volendo (amando) bonum. Verum et Bonum seu regnum ideale movet et regit, ipsum nomen immobile, spiritus universamque naturam, le- gibus cogitandi et agendi metaphysicis

Regnum ideale veri et boni, per se non agit nisi quatenus

Thol. fund. arch 4.

ens spirituale cognoscendo verum et amando bonum per ipsum agit. Ergo existit ens spirituale reale, quod per immutabile aeternum et infinitum regnum ideale veri et boni, omnia mutat, universumque movet. Atqui tale ens est ipsum immutabile aeternum et infinitum - Deus. Ergo existit Deus - Spiritus tamquam motor immobilis.

Cum hac conclusione concordat Newton (Philosophiae naturalis principia) docens: A caeca necessitate metaphysica quae eadem est semper et ubique, nulla oriri potest rerum variatio. Tota rerum conditarum pro locis et temporibus diversitas et ex ideis et voluntate Entis necessario existentis solummodo oriri potest."

Et Kant (Demonstration des dasein Gottes. Bd 1. 540-2 n. s. 247/8.) "Ohne Zweifel müsse Zustand der Natur der erste sein, in welchem die Form der Dinge. (Bewegung. Substantialform) ebenso wohl als die Materie (Urstoff) unmittelbar von Gott abhängen." -

Porro cum motor immobilis, uti causa prima, est proprie principium quod movet (conferat actus = perfectiones) et cum causa effectum suum aliquo modo praecontinere debet, sequitur: Si existunt entia contingentia rationem et libertatem habentia, debet quoque causa prima = motor immobilis esse. Ens a se habens rationem et libertatem = Ens personale. Atqui existunt entia rationalia e.g. Ego co-

gitans, ergo liber Ego. -

Ex eadem ratione causalitatis concludimus: Ens a se s. motorem primum immobilem quamlibet perfectionem rerum contingentium aliquo modo praecontinere debet. Spectata multitudine ac varietate perfectionum rerum realiter existentium, apparet evidenter excellentia Entis a se praecontinentis haec omnia aliquo modo in se.

Tandem, cum entia in indefinitum sunt possibilia (et § seq.), alia aliis perfectiora, debet Ens a se jam actu praecontinere omnes perfectiones possibles, gradu infinito (limites, meze non habens = neobmezení dokonalosti). Et revera solummodo Ens habens actum movendi infinitem, movere potest ad quemlibet actum (molum) entia contingentia, quin unquam exhaustatur vel acquirere debeat, quod aliis tribuit = est motor immobilis principium omnis motus. ~



§ 3^a: Argumentum ideologicum.

Thesis 3^a. Ordo possibilium, ordo veri, boni et fulchri exigit Ens a se tamquam fundamentum reale seu primum Verum, infinitum Bonum et Pulchrum realiter existens. - Prænotiones:

Argumentum ideologicum ex ratione (λόγος) ordinis idealis veri boni et pulchri ducitur; ipso magno opere s. An-

gustinus delectatus est. (l. 2 de lib. arb. et alibi)

Res vera omnis aut actualis aut possibilis est. Actualis (skutečná) est, quae existentiam a se vel ab alio habet. Possibilis res est ea, quae est capax ad existendum. Possibilitas est intrinseca seu sociabilitas notarum rerum; possibilitas extrinseca, cum adest causa sufficiens ad rem producendam. Haec ab omnipotentia Dei pendet, illa (intrinseca) neque ab actuali rerum existentia, nec ab intellectu humano nec a Dei omnipotentia vel voluntate sed ab essentia Dei pendet, quatenus est immutabile exemplar fundamentale rerum (napodobitelný pravzor všech věcí).

Teste conscientia constat ordinem veri (říše pravdy), boni (dobra) et pulchri (krásna) immutabilibus, necessariis, aeternis regi principis, quae vim suam objectivam per evidentiam exercent in nostram mentem ita, ut firmissime nobis persuasum sit, non defendere ordinem veri (brevitatis causa ordinem boni et pulchri, de quo analogia valent ac de vero, ommittimus hoc loco) neque a nobis, neque ab ullo humano intellectu immo ipsum intellectum infinitum, si quis est, non posse e.g. $2 \times 2 = 4$ non agnoscere. Veritas abstrahit a tempore - semper erat, est et erit verum $2 \times 2 = 4$, abstrahit a loco, nisum moveret quaerens sitne in America, in luna vel ubiunque $2 \times 2 = 4$.

Distinguiamus omnes has veritates tum inter se tum a nihilo. Ergo debent habere aliquod esse - non quidem physicum - sed reale potentiale, possunt realizari physice, per quod distinguam-

ter inter se et a nihilo; tū nihil enim opponitur ens (res).

Etiam possibilia rerum contingenter existentium e.g. hominis, quatenus possibilia sunt, apprehenduntur aeterna (negative = nunquam coeperunt esse possibilia), immutabilia (essentia hominis prout est animal rationale in se immutabilis est.)

His possibilibus sic instituitur argumentum: Possibilia - seu ideae veri (boni et pulchri) - sunt 1^o normae objectivae nostri intellectus, nostraeque voluntatis, quibus utraque facultas in cogitando et appetendo regitur; 2^o ipsum esse et fieri rerum in mundo regimini huic possibilium (veri etc.) absolute subest e.g. quidquid fit, secundum principium causalitatis, quod ex essentia entis contingentis sequitur, fieri debet.

Atqui haec vis objectiva possibilium dirigens normā necessariā et immutabili et regit cogitare et regit fieri rerum contingentium debet aliquo modo in ordine existentium esse, aut in se aut in reali suo fundamento. Etenim illud, quod nullatenus existit agere non potest - est nihil. Porro in se possibilia realiter non existunt Ergo habent fundamentum reale sibi coexistens, ideoque aeternum et immutabile.

Hoc ens praebens fundamentum ultimum omni vero, bono et pulchro - debet esse Prima Veritas - Bonitas et Pulchritudo. Ergo existit Ens a se (Ct. §2)

Confirmatur haec conclusio consensu gentium, quarum

scientiae et artes a Musis derivabantur et invocatione Numinis idaeae veri boni et fulchri expelebantur. (Et. H. 1.1.)

Scholion. Argumentum hoc e possibilibus differt ab argumento ontologico s. Anselmi (1033-1109). Etenim arg. ideologicum est a posteriori illud a priori

A posteriori est arg. ideologicum, quia possibilia sunt aliquid naturam divinam consequens, ex quo Deum tamquam fundamentum reale ontologicè antecedens concludimus. Possibilium enim ordo (veri, boni et fulchri) est imitatio (napodobeni') quaedam naturae infinite, in qua quidquid est aut esse potest eminenter continetur (Et. arg. kinesiol.)

Quapropter essentia divina exemplar virtuale et fundamentum omnium possibilium est. Dicitur, "exemplar virtuale et fundamentum", quia res possibles non formaliter (ve vlastni formě) ei podstatě n. p. lapis) in Deo sunt sed radicaliter s. fundamentaliter. Etenim divinus intellectus comprehendens suam essentiam, cognoscit eam multipliciter imitabilem (napodobitelnou) - quae imitabilitas (spodobitelnost) sunt possibilia. Per distinctionem et propriam cognitionem possibilium per intellectum divinum constituuntur formaliter in ordine possibilium. Ita est intellectus divinus fundamentum possibilium... (Viz Tospisil, Kosmol., od. 2. 715 sqq.)

Argumentum ontologicum ex conceptu Dei immediate concludit Deum existere in diversis formis :

1^a s. Anselmi (Prologium c.2.) Deus est ens, quo majus cogitari nequit. Alqui ens tale existit realiter. Ergo Deus existit.

Respondetur: Tale ens concipitur existere in re, sed ideo non existit in re (realiter, skutečně.)

2^a (Cartesio) (Cartesius = Rene de Cartes 1596-1650): Idem est dicere aliquid in alicuius rei conceptu (natura) contineri ac dicere id ipsum de ea re esse verum.

Alqui existentia necessaria in conceptu Dei continetur.

Ergo verum est Deum existere.

Rp: In ordine ideali quod concipitur de essentia rei, praedicandum quoque est de ea in ordine eodem se. ideali: e.g. Petrus eurrens movetur. Necessario praedicandus est motus de Petro eurrente in ordine conceptuum (ideali) Utrum in ordine reali existat Petrus eurrens debet aliunde probari.

Similiter non licet ex ordine idearum, in quo idea entis perfectissimi includit notam idealem, "existentiae" transire immediate ad asserendam existentiam Dei in ordine reali. Haec existentia a posteriori est probanda.

Quodsi Leibniz (Gottfried) 1646-1716 hac forma instaurat argumentum: Deus est possibilis. Alqui si non realiter existeret non esset possibilis. Ergo Deus existit. - Rp: Deus est possibilis, quatenus notae ideales (conceptus Dei obsah pojmu Brik) nullam involvunt contradictionem inter

se; sed utrum praeter hanc sociabilitatem notarum simul includatur realis ratio sufficiens, ut illa complexio notarum actu sit (skutečnou byla) in rerum natura, debet aliunde (a posteriori) probari.

Instanti ita Si Deus non existeret, nihil esse possibile. Atqui multa sunt possible. Ergo existit Deus.

Rp.^{mus} Hoc est nostrum argumentum ideologicum, quo iam Plato et Aug. usi sunt. Est autem a posteriori, vel a simultaneo, quatenus possible simul cum reali natura Divina sunt ipsius imitationes

Leholion.

Argumentum homologicum vel etiam, ex rerum gradibus "dictum Et S. Thom. Summa p. 1. c. 2 a 3. -

Argumentum hoc ex rerum gradibus et ex multiplici communiōe mutua (společná vzájemnost) deducit existere Deum tanquam Ens a se et unicum omnium entium principium - praecedentibus s. Augustino (De Trin. l. 8 c. 3.) s. Anselmo (Monologium c. 1.) et s. Thoma (Summa 4. p. 1. q. 2. a 3.)

Rei summa in hoc est, quod ens finitum esse accipit ab alio ente et ultimatum ab ente infinito et quidem omnia accipiunt esse ab eodem infinito, quod unicum tantum esse potest. - Brevitati consulentes properamus ad sequentia.



Articulus 2^{us} Argumenta physica.

§ 4^a Argumentum 1^{um} teleologicum (a icēlosti)

Praenotiones: Hoc argumentum efficacissimum et vulgatissimum simul esse historia comprobat.

Ipsa s. Scriptura Sap. 13. sqq. „vanos dicit homines, in quibus non est scientia Dei, cum a magnitudine speciei et creaturae cognoscibiliter poterit creator horum videri:

Praeter Aristotelem omnes fere apologetae christiani hoc argumento usi sunt e.g. Minucius Felix, Tertulianus (adv. Mare 1. c. 13.) Dionysius Alex Athanasius, Lactantius, Gregorius Naz., Augustinus, contra Timocritum et Epicurum disputans (ep. 118 ad Dioscurum) concludit hisce verbis: „ Sed iam pudet me ista refellere (casu ortum esse mundum ex atomis), quum eos non puduerit ista sentire. Quum vero ausi sint etiam defendere, non iam eorum sed ipsius generis humani me pudet, cuius aures haec fere potuerunt.“ S. Thom. 1. 2. Theol. 1. e. quinto loco offert hoc argumentum, quod „ ex gubernatione mundi appellat.“

Thesis 4^a. Ex ordine Universi probatur 1^o existere ens intelligens universi (causam, architectum) 2^o ipsumque esse Deum.

Demonstratio 1. p. - Arg. (a) Causa, quae adhibet media determinata ad consequendos fines determinatos, debet esse intelligens. Atqui in mundo sunt media aptissime determinata ad consequendos fines determinatos multiplices.

Ergo causa mundi debet esse intelligens

b) Alia forma. - Omne opus ordinatum exigit causam ordinantem intelligentem. - Atqui mundi constitutio mirabilem exhibet ordinem. Ergo ordo mundi exigit causam ordinantem intelligentem

In forma (a) propositio maior asserens proportionata media ad certos et determinatos finis consequendos adhiberi posse solum a causa intelligenti - nec non propositio minor in forma (b) mundum exhibere ordinem mirabilem - est immediata ex terminis intellectus in (a) ("media", "finis") et ex experientia eo clarior, quo accuratior est rerum naturalium consideratio et scientiarum naturalium progressus. -

Sufficit in memoriam revocare ea, quae 1^o in Mineralogia totoque regno anorganico Physica, chymica (anorg.) Astronomia, Geologia - 2^o in Zoologia de vita sensitiva, organizatione membrorum, sensuum etc. 3^o in Botanica de organismis (physiologia plantarum) - rerum naturalium periti docent, ut factum ordinis in mundo agnoscamus nemine facile contradicente.

Difficultas movetur contra propositiones, quibus asseritur:
a) In natura adhiberi media proportionata ad finem certum praecedentem et determinatum. Sicut enim materialitae eq. oculus noster de facto ita conformatus est, ut (ut cons. tak ꝑ) consequatur phaenomenon visionis; haec confor-

matio vel casu vel conspiratione virium primitivarum post plurimos combinationes transacta est orta. (Okó jest tak sestrojeno, že vidí, nikoliv ale bylo od někoho k tomu cíli sestrojováno, (řízeno), aby vidělo. Tri pouští se faktum úměrnosti a účelnosti (Zweckmäßigkeit), popírá se ale úmysl rozumný (intentio) řídicí určité prostředky k dosažení jistého cíle. (Zweckziel - Strebigkeit - účelná máha); causalitas-finalis per modum principii

Quoad factum ordinis mundani (forma arg. b.) dicunt similiter: Non negamus obiectivum ordinem mundi sed experientia testis est oriri aliquando ordinem plurimum quin intellectus sit causa; immo theoretice si rem secundum combinationem possibilem rationem consideramus, debet aliquando ex omnibus combinationibus oriri talis, ut aptae sint partes dispositae in ordinem e.g. praesentem, qualiscumque sit causa motum efficiens.

Ad luendam efficaciam argumenti theologicí in forma utraque respondemus: 1^o Provocamus ad spontaneam quamdam evidentiam veritatis: opus ordinatum solummodo ab intellectu ordinante oriri potest. Discursu quodam spontaneo etiam ipsi materialistae ex omnibus operibus ordinatis semper causam intellectualem concludisset, excepta quaestione de Dei existentia, quam exceptionem non ratio sed passio voluntatis dicitur. Risum moveret, si quis e.g. Aeneidam casu ortam ex combinatione fortuita litterarum diceret.

A fortiori mirabilem mundi ordinem casui attribuere non licet.

Nos a spontaneo hoc discursum humanae mentis non deflectimus sed ejus principia scientifica evolvere et ad conscientiam revocare studemus, dum argumentum teleologicum proponimus.

2^o Recursus atheorum ad vires caecas materiae philosopho indignus est. Neque ad phaenomena naturae explicanda ita in physica respondere volumus

Porro istae vires caecae quid tandem inata peritos sunt? Sunt materia in motu. Atqui, quidquid movetur ab alio movetur. Ergo supponunt vires illae tandem motorem immobilem.

3^o Theoretice ex principiis mathematicis de possibilitibus combinationibus et permutationibus elementorum probari potest, verisimilitudinem, quod oriatur ex motu atomorum aliquando ordo mundi praesens esse = & ideoque certo non esse oriturum.

Quod patet ex sequentibus. Locet vřech atomů, z nichžto látka všehomíra sestává buďtož naznačen číslem a . Třích možně rozestavování lze vyjádřiti formulí pro všechny permutace s prvky a takto:

$$P_a = 1.2.3 \dots (a-2)(a-1).a = a!$$

Pravděpodobnost, že ze všech možných ($a!$) nastane permutace (rozložka) prvků zjevu nynějšího světa příznivá = $\frac{1}{a!}$; -

Třích umístění této permutace může být a v lineárním směru na místech nekonečně mnohých, jest pravděpodobnost, že nastane poloha jedna příznivá $p_1 = \frac{1}{\infty}$;

b.) tytéž atomy mohou být mimo to umístěny ještě v ploše, která by oločením linie o jeden její bod jakožto osu povstala

na místech opět nekonečně mnohých (∞) a tudíž pravděpo-
dobnost, že zaujmou jedno místo určí příznivě $p_2 = \frac{1}{\infty}$; (c.) totéž
platí o určitém místě, které mají atomy zaujmouti z nekonečně
mnohých v prostoru povstalém otočením plochy o jednu linii
v ní ležící ∞ om $p_3 = \frac{1}{\infty}$. Následovně se rovná pravděpodob-
nost, že zaujmou atomy místo ve větším prostoru odpovída-
jící všem těmto podmínkám najednou - součinu pravděpodob-
ností jednotlivých $\mathcal{P} = p_1 \cdot p_2 \cdot p_3$ tedy $\mathcal{P} = \left[\left(\frac{1}{a}\right)!\right]^\infty$. Tato kombinace
atomů má ještě vyhovět podmínce, aby z ní veškeré zákony
přírodní jakožto ze své jediné příčiny následovaly; řekněme, že
těchto zákonů je n ; následovně bude pravděpodobnost naznačena
formulí $\mathcal{P} = \left[\frac{1}{a}!\right]^{\infty n} = \left(\frac{1}{a}!\right)^{\infty n}$; a jelikož zákony přírodní stále
se opakují a neolikrát jednou, nýbrž po druhé, po třetí atd. do
nekonečna se opakují - a dle hypotézy výhradně z rozestavení
atomů mají vyplývat, pravděpodobnost $\mathcal{P} = \left(\frac{1}{a}!\right)^{3n \cdot \infty} = \frac{1}{(a!)^{3n \cdot \infty}} =$
 $= 0$ t.j. tento případ se jistě nestane. - Následovně je úložiště ma-
terialistů k náhodě a k nahodilé kombinaci „slepých sil“ přírod-
ních i dle matematického výpočtu o permutacích a pravdě-
podobnosti vyloučeno. (Viz „Natur u. Offenbarung“, Band 17. doty-
čný čl. v Dr. Gilbert. - Dle těchto zásad vyvrátí se i námitka
Schopenhauerova, že kombinace atomů příznivá nepovstala
najednou, jak výpočet předpokládá, nýbrž po dlouhé řadě nez-
dařiných pokusů až konečně povstala kombinace nynější, dosti
špatná sama o sobě, ta nejšpatnější ještě udržitelna (pessimis-
mus), ale přece příznivější předchozích. Zásady o pravděpodobno-

sti složité vylučují i tuto hypotézu s naprostou určitostí $P \rightarrow Q$ a zjev je nemožný -

§ 5. Námítky nejčelnější jiné jsou tyto:

I. proti návěti, která v syllogismu uplatňuje pořádek ve světě viditelném.

N1. Známe toliko nepatrnou část světa a tu nedokonale. Ergo nelze činit závěr z části na celek, jak se děje v důkaze teleologickém.

Rp.: Známe sice jen část světa, ale věda dokazuje jednotu a totožnost látky v zákonech, jimžto je podrobena. Následovně lze z části souditi na celek.

Vzdor veškeré nedokonalosti jest poznání populární a jmenovitě vědecké - postačitelné k příkazu pořádku světového, který v důkaze teleologickém tvrdíme.

N2. Nemoci tělesné i duševní, jmenovitě bolesti zvířat, nemluvnat a smrtelné úzkosti - jsou velkou nesrovnalostí, "hříchem přírody"; podobně živelní katastrofy v přírodě.

Rp. Netvrdíme, že svět jest ze všech možných nejlepší (Optimismus), ba u věcí konečných, optimum absolutum je nemožným. Konečnost a omezenost veškerenstva sama sebou přirození jisté nedokonalosti k. př. nemoci, živelní pohromy, bolesti - přináší.

Jsou to přirození následky nedokonalého. Přímoto nedokonalostmi ("nepořádky") jen slepý pořádek nevidí, který k teleologickému důkazu postačí.

Zůstává záhadou filosofie odvěkou „παρ' ἐν τὸ κακόν;“ uspokujující odpověď podává zjevení o hříchu a jeho následcích, pokud máme na zřeteli factum.

Tiž filosofie antická kusila účel a význam bolesti a žla psychologického: pojmuje je a.) se žlem morálním co sankci zákona porušeného a b.) učie, že taková žla jsou školou ctnosti a vzpurnou činností lidské k zachování a zdokonalení sama sebe. To platí o bolestech - při smrti žoláší.

II. Námitky proti účelnosti tvorby.

1. R. Lange (Geschichte d. Materialismus str. 246.) namítá:

Wenn ein Mensch, um einen Hasen zu schießen, Millionen Gewehrläufe nach allen Richtungen abfeuert; wenn er, um ein verschlossenes Zimmer zu rommen Tausende beliebige Schlüssel kauft und alle versucht; wenn er, um ein Jaub zu haben, eine Stadt baut u. die überflüssigen Häuser dem Wind u. Wetter überliesst, so würde Niemand dergleichen zweckmäßig nennen.

. Aber in den Gesetzen der Erhaltung und Fortpflanzung der Arten... findet eine ungeheürere Vergendung von Lebenskeimen statt. der Untergang der Lebenskeime... ist die Regel; die naturgemäße Entwicklung ist - die Ausnahme und diese Ausnahme schafft jene Natur, deren zweckmäßige Selbsterhaltung der Biologe kürzichtig bewundert."

Odp.: 1.) Není-li nikde ve vesmíru účelnost - nemá sleduje, že není nikde.

2. Teleologický důkaz má za účel, že účelnosti kde patně jest, dovodit existenci příčiny rozumné - dualismus -; mimo hmotu, že jest v bytost nehmotná. Je-li neskončení dokonalá, jediná a neb toliko dokonalosti konečné, není nejbližším předmětem důka-

ur, a proto by Lange ničeho nedokázal proti platnosti tohoto dů-
kazu i kdyby účelnosti v těchto poměrně malicherných zjevech neby-
lo. Avšak z toho, že účelnost všeho ve světě neznáme, nenásleduje,
že účelnosti ve všem není. Pokrok vědy již v mnohých případech o
tom přesvědčil a přesvědčí.

Naprotom, jako neby hospodářství bohatého krále neb velšlátnu
posuzovat ze stanoviska baráčníku, tím méně lze odměřit ekono-
mii vesmíru Stvořitelova omezeným rozumem lidským.

Toho jest nemístným i porovnání nemoudrého střelee, domá-
cího pána alv. spířrodou (Bohem). Onen nemoudře jedná a peni-
že vyhazuje, prach, šelivo a náklad na klíče a domy, kdežto pří-
rodu i miliardy zárodků zničených nie nestojí a víc než equi-
valentní emou bývají jediným zdarilým živočichem nahrazeny-
jmenovitě, když se jedná o zachování druhu.

2. Dr. Fr. Schultze se účelnosti vesmíru takto formivá:

Das Menschlein ordnet seine menschlichen Angelegenheiten
durch sein biischen denken... Es gehörte die ganze hochmütige
Verblendung... des vom anthropocentrischen Irrtum durchwachse-
nen Menschen, der sich für das Alfa und Omega der Welt hält,
im diesen Fehlschluss zu vollziehen... das die Welt Ord nende
muss, ein Denkendes sein

Odp.: Je člověk a Bůh společnou mírou své bytosti nemají - do-
kazujeme sami jestliže malicherná díla lidská vyžadují
rozumného myšlení - a fortiori to vyžadují bezměrná a ne-

vysvětlivá díla všehomíra. Na toto pozorování člověka, obrazu Božího, s Bohem a na úsměv o antropocentrickém názoru theistii odpovídá břeň profesor Schell (der Gottesglaube, Bamberg 1904) takto: Nicht die Befriedigung irgend welcher körperlichen Bedürfnisse gibt dem Menschen die hohe Bedeutung als Zweck der Welt, sondern die Geistesanlage, alle Wirklichkeit durch Wissenschaft u. Kunst in die Sprache der Wahrheit zu übersetzen, sowie durch Sittlichkeit u. Technik in höhere Vollkommenheit weiterzubilden.

Demonstratio 2^{ae} partis.

1. Ex eo quod in 1^a parte theses probavimus ordinem mundi mirabilem exigere architectum sapientem, potest argumento kinesio-
logico deduci hunc architectum, uli causam ordinantem, habere hanc perfectionem ordinandi (movendi) aut a se ideo esse motorem immobilem ens a se, vel habere id ab alio; hoc aliud iterum habet, quod dat, aut a se, vel ab alio, donec perveniamus ad ens a se, cum series infinita repugnat.

2. Praeterea potest ex ordine mundi habente finem proximum in homine, modo paulo ante explicato argumentum compleri ita: Ordo essentialis humanae naturae exigit tamquam terminum (et) totius hominis cognoscentis et libere volentis verum, summum cognoscendum et bonum summum amandum. Huius appetitus innati conscientia testis est. Ergo hoc summum verum et bonum re-
aliter debet existere, tamquam totius ordinis mundani finis absolute ultimus. — Etenim si non existeret, a) in natura humana

Theol. fund. arch 6.

esset contradictio, cum ferrelex irrevocabiliter in aliquod bonum, quod non existeret, appetitus naturalis esset frustra et inanis.

U) reliquus quoque ordo, homine inferior, ordinaretur in hominem ut suum finem, qui ipso, cum fine careat, rationem existendi non haberet.

Idcirco ordinator mundi sapientissimus apparet simul insipientis, cum omnia ordinal ad hominem, qui finem non habet, ideoque totus ordo mundi tenderet in nihil. (Nihilismus). Quod cum absurdum est, poni debet existere summum bonum ut finis totius ordinis, in quem ordinatur homo, cetera in hominem et per hominem referuntur in unum finem absolute ultimum - Deum.

Ordinator mundi sensibilis vel est idem ac finis humanae naturae vel est alius. In primo casu Ens summe bonum = Deus et ordinator (causa) et finis ultimus totius ordinis est. - In casu altero esset ordinator ordinis sensibilis, inferior et hominam minister entis summe boni, ad quod omnia ordinis et ad eius normam disponit, quapropter hoc ens summe bonum est, semper prima ratio determinans, saltem causa finalis. - Ergo ex ordine mundi complete considerato, probatur ordinator sapientissimus isque Ens a se, summe bonum Deus. *) ordinem mundi

§6. Argumentum entropiologicum

Thesis VI. Existere Deum tamquam auctorem processus mundani probatur ex principio physico entropiae iugiter crescentis.

Prænotionis. Nominè „entropiae“ (энтропия) promènti, intelligunt physici tendentiam, qua calor (et reliquæ energiae) in mundo æquilibrium et uniformem per mundum dissipationem quaerunt. Omnia phaenomena cosmica sunt permutationes energiae potentialis in actualem et vice versa, vel motus unius formae permutatur in formam aliam. -

Clausius experientiae et calculo immixtus statuit perfectam energiae commutationem (нѣрадави́тнѡу) non haberi, sed partem energiae in omni phaenomeno dissipari in cosmo et respectu habito praecipue ad calorem, omnia phaenomena physica et chimica concomitantem, eundem (calorem) in undulationes aetheris abire et in cosmo ad æquilibrium tendere; ideo dicitur „entropia“ seu energia in calorem conversae iugiter crescentis. -

Si energia aequilibrata iugiter crescit (et continuo dissipatur per calorem) debet energiarum actualis et potentialis in mundo continuo decrecere. Quo posito sic instituitur argumentum: Si processus mundanus esset aeternus, posito principio intro-
 piae crescentis sequeretur aut a) universas mundi ener-
 gias iam perfecte aequilibratas esse ideoque omnia sphae-
 nomena, saltem ea, quae a calore et luce dependent vel
 cum eis necessario rectentur - iam diu cessasse - aut
 b) energiam mundi, suis ceteris accumulata et suum
 quaeque systema regentem - fuisse infinitam (∞) itaque
 qualicunque subtractione per fermentationem et dispersi-
 onem factam exhausta et diminui non possit.

Atqui primum (a) de facto, teste experientiae, locum non
 habet; secundum (b) est (metaphysice et) physice impossibile.
 Ergo processus mundanus aeternus esse non potest; ergo i-
nitium habuit. Si habuit initium, materiam inertem ab
 alio motore et tandem a motore primo, immobili i. e.
 Ente a se motum accepit. Ergo existit Deus tanquam
 auctor processus mundani.

Probandum est in minori physice refringere energi-

am infinitam. Id fit ita: Formula energiae experimentatae est:
 $E = \frac{mv^2}{2}$ i. e. energia proportionala est in recto factoribus mas-
 sae vel velocitatis. Ergo ut $E = \frac{mv^2}{2} = \infty$, deberet vel m (mas-
 sa materiae universae esse infinita vel aliter coefficientis v (velocitas).
 Atqui massa omnium atomorum, experientia teste, non est
 infinita, sed spatia immensa patent novae massae capi-
 endae. Neque velocitas eius infinita est; formula, qua veloci-
 tas exprimitur, est $v = \frac{s}{t}$ (ex spatii relatione ad tempus, quo
 percurritur hoc spatium). Jam vero ut $v = \frac{s}{t} = \infty$, deberet
 esse vel $s = \infty$ et t finitum ($v = \frac{\infty}{t} = \infty$) i. e. tanta deberet
 esse velocitas, ut spatium infinitum quolibet tempore finito
 (t) corpus percurreret, quod est absurdum; vel $t = 0$ et s fi-
 nitum ($\frac{s}{0} = \infty$) i. e. quodlibet spatium finitum percur-
 reret corpus quolibet temporis instanti immo, sine ulla du-
 ratione ($t = 0$), quod iterum est absurdum.

Ergo energia mundi initialis infinita esse non potuit;
 ergo finita erat, ergo iam diu aequilibrata esset iuxta
 principium „entropiae jugiter crescentis”, si processus
 mundanus esset aeternus.

Alia forma argumenti entropologici est haec: Inada

theoriam Kant-Laplace præcisens ordo mundi ortus est per transformationem energiae initialis (potentialis, stativické) materiae 1) in statu aggregationis aëriiformi (skupenski' flynné) seu gaseoso post tempus elapsum t_1 in statum 2) [pyro] liquidum (skupenski' kapalné) post tempus elapsum t_2 - et in statum 3.) firmum (skupenski' tuhé) post elapsum t_3 . Iuxta legem entropiae magna pars caloris radiatione (sálánim) in spatio cosmico immenso dissipata est ita, ut refrigeratione (ochlazením) continuo progrediende triplex haec transformatio status aggregationis materiae orta sit.

Pro diversis voluminibus diversos aggregationis status nunc præ se ferunt corpora cosmica. - In sole et in stellis materia est adhuc in statu gaseoso lucente, ideoque temperaturae excessivae. In terra cortex præcisus refrigeratus centrum includit pyroliquidum nec non gaseum (flynné), dum luna, utpote processum absolvit, ideoque calore præcisus carens, omni vita vegetativa et sensitiva destituta est.

Idem processus in omnibus corporibus cosmicis elapso tempore t_4 est, iuxta legem entropiae iugiter crescentis,

expectandus ita, ut non solum de cosmogonia sed etiam de cosmothetica theoriae physico-mechanicae sit agendum.

His a peritis assumptis ita arguimus:

Si processus mundanus esset infinitus seu si series transformationum concomitante refrigeratione est infinita (expressa duratione totali materiae per $T = \infty$) sequeretur necessario T comprehendere in se non solum $(t_1 + t_2 + t_3)$ sed etiam t_4 i.e. tempus necessarium (T) ad totalem caloris dissipationem, ideoque ad statum perfecti aequilibrii (et consequenter cosmotheticae) iam dudum transiisse $T = (t_1 + t_2 + t_3 + t_4)$, omniaque phaenomena lucis, caloris, vitae etc. cessasse. Quod cum factis contrarium est, sequitur processum mundanum non esse infinitum sed finitum et materialistas contradicere principiis physico-mechanicis, dum aeternitatem processus mundi astruunt.


Scholion 1. Hoc argumento probatum est Deum esse auctorem processus seu evolutionis cosmicae tanquam primum motorem immobilem. Ergo Deus non potest esse materia sed est immaterialis. Ex argumento teleologico patet Deum esse summam intelligentiam et libertate praeditum seu esse spiritum.

Deductionem hanc confirmat auctoritate sua Newton, cum in suo opere „Philosophiae naturalis principia“ sub finem dicit: „A caeca necessitate“ (uti materialistae et pantheistae volunt), metaphysica, quae eadem est semper ubique - nulla oriri potest rerum variatio. Tota rerum conditarum pro locis ac temporibus diversitas ab ideis et voluntate entis necessario existentis solummodo oriri potest.“

Scholion 2. Ex dictis h. l. et in argumento kinesiológico patet: cum materia 1) alterutrum modum existendi, sc. aut motum aut quietem habere debeat; 2) neutrum sibi ipsa dare possit, cum sit ad utrumque indifferens, sequitur Motor primus, Deus, qui dedit alterutrum (sc. motum), dedit et substantiam ipsam prius nullatenus existentem; produxit ergo Deus mente suae voluntatis, praesente intellectu substantiam ex nihilo sui et subjecti“ i. e. creavit eam; dicitur „ex nihilo sui“ i. e. materia non praesistebat in generibus et speciebus inanimatum regni anorganici, organici vel viventium; dicitur esse „nihilo sub-
jecti“, quia neque subiectum aliquod ^{informe} e. g. aether chaoticus praesistebat, ex quo fierent omnia sed terminus actus

motoris primi, Dei creatis, est id esse substantiale (substantia),
 quae sola annihilatione divina interire potest, atque in per
 causas creatas indestructibilis est, uti ipsa physica docet
 (Lavoisier). Mutantur formae accidentales materiae iuxta
 leges physico-chimicas; has mutationes etiam homo combi-
 nare et modificare potest, sed nullatenus materiam produ-
 cere vel destruere. - In hoc differ. activitas Entis a se ab acti-
 vitate entis ab alio essentialiter.

Hoc modo necessitate logica cognoscimus, an sit crea-
tio, licet quomodo sit hanc operationem conceptu proprio
 non apprehendimus, quia neque id esse Entis a se
 proprie apprehendimus; „aque vero sequitur esse? -
 Ceterum in ipsis rebus sensibilibus e.g. legem gravitati-
 onis an sit, cognoscimus legesque experientia novimus;
quid sit, ignoramus et ignorabimus' (Dubois Reymond).



§ 7. Argumentum biologicum.

Thesis VIII. Ex origine vitae organicae probatur existere
 Deum, uti causam vitae.

Arg. 1. Theoria evolutionis cosmicae Kant & Laplacea sup-
 ponit non solum in terra sed etiam in sole omnibus-
 que planetis systematis solaris (nec non in aliis systema-
 tibus cosmicis) talem statum aggregationis materiae, ta-
 lesque proprietates physicas et chemicas, imprimis talem
 gradum caloris status gaseosi et pyroliquidi materiae ut
 origo organismorum simultanea cum hisce processibus ma-
 teriae inorganicae fuerit impossibilis.

Exiunt enim organismi (plantarum et animalium) sta-
 tum materiae iam ad temperatum. Si calor aliquot 100°
 tanquam medium (desinfictionis) corruptionis omnium
 organismorum (bacterium) adhibetur a fortiori calor ini-
 tialis materiae cosmicae tam excessivus, qui metalla
 in statu gaseoso retinuit, cum organismis erat insoci-
 abilis. — Temperaturam solis interiori periti ad minimum

6-10.000° computant. 60000°, quoad superficiem. (Viele Braun, Kosmogonie, Aschendorff.)

Ergo origo organismorum est processu mundano anorganico (formatione telluris, aquae, aeris - motusque mechanico planetarum circa centra solarium) posterior.

Hanc conclusionem confirmat geologia. Antiquissima enim terrae strata organismos non ferunt, omnesque harum rerum petiti fatentur vitam organicam non esse ordam nisi post diutissimam telluris evolutionem anorganicam transactam.

Hae origo organismorum tempore posterior repeli potest aut a) a generatione aequivoce aut b) ab aliqua causa extrinseca materia anorganica (mediate vel immediate) determinante vitamque in ea inducente.

Atqui generatio aequivoce admitti non potest. Ergo remanet causa extrinseca materialis existens, eamque principio vitae completens. Talis causa debet esse immaterialis vitamque habere a se proxime vel saltem remote, ut ex argumento kinesiologico patet.

Ergo origo organismorum, imprimis viventium, probat esse Deum uti causam vitae - Quidquid vivit, habet vitam

receptam, participatam aliquo gradu. Deus uti causa prima ha-
bet vitam a se ideoque, uti postea probabitur, est fontis infini-
tus omnis vitae, qui de se dicitur debuit: „Ego sum vita.”

Ad a., Generatio aequivoca (рівнозначна, zweideutig) distin-
quitur a generatione univoca (jedнозначна, iudentig), quae
definitur: „origo viventis a principio vivente conueniente in
similitudinem naturae.” - Походження життя від живого а не від
неживого і принципів життя а не від них (походження) спожитого.
„Generatio aequivoca” dicitur etiam generatio spontanea
(походження самовільне, безпосереднє), abiogenesis i. e. per origi-
nem viventis a non vivente (з неживого) seu origo vitae ex elemen-
tis anorganicis. In theoria Darwiniana etiam „evolucio-
nismus” seu transformismus activus dicitur.

ad b., Hic distinguitur a transformismo passivo, qui signi-
ficat transformationem formiarum imperfectarum in perfecti-
ores concurrentibus viribus naturalibus, sed notis et finaliter
directis a motore primo - Deo. Deus potest aut immediate
ens vivens (vitam) produere complendo materiam anorga-
nicam per anorganizationem (corpus organicum) et per
primum vitale simplex in naturam compositam vi-

nam; potest autem etiam mediate i. e. mediocribus transformati-
onibus naturalibus, utique a Deo praevise et finaliter praedestina-
tis (transformismus „passivus“) praeparare corpus et cum hoc ap-
tatum evasit ad principium vitae suscipiendum, creat Deus hoc
principium - est auctor vitae.

Probanda est propositio minor i. e. generationem aequivoecam non
posse admitti.

Arg. I. Auctoritate physiologorum, caeteroquin etiam materi-
alismi addictorum - inter quos praevalet tandem principium
accuratae experientiae exploratum. Omnis cellula ex cellula -
immo docent nullam partem organisatam, quae cellulam con-
stituunt, aliter oriri quam fictione vitali (deleñim, Spaltung)

Ita nucleus cellulae ex alio nucleo, non sponte ex proto-
plasmate; granum chlorophyllum ex grano simili (chloro-
phyll- zelerň listová).

Auctores praecipue nominandi post Linne' (+ 1778), Redi, Shal-
lomzani (+ 1799) nostra aetate a Turkyně et a celeberrimo Fa-
steur contra Pouchet, Joly et Musset. Examine exactissimo
convictus ipse Syndall recensendus est auctoritatibus citatis.
Efficacissimo etiam Viehow et Heller, Hirtl, Bauer, Frensdelenburg,

Cuvier, de Quatrefages, Bianconi, Barrande, Systeme silurien du centre de la Bohême.) Nägeli, Pfaff, etc, etc. (Vix Pospisil, cast. II. § 63, Esch, die grossen Weinkel, Nr. 174.) - In his apparet progressus experientias scientificas, quae destituti erant veteres. Confer ipsum s. Thom. p. 1. qu. 71. ad 1. ubi admittit generationem ex putrefactione. Vix jectè ibidem a 3 ad 3.

Arg. 2. Ex principio causalitatis: organica praesertim vivencia sensitiva) essentialiter excellunt praee anorganicis.

Rationes vide in philosophia caput II. tractatus de vita sensitiva.

Alqui omnis causa efficiens adaequata praecontinere debet perfectionem sui effectus. Nemo enim dat, quod non habet. Ergo anorganica non possunt esse causa adaequata organicorum, imprimis viventium sensitivorum.

Dicimus, adaequata, quia partialis causa organismorum esse potest et est, sed determinata in suo esse a deo a maiore, primo Deo.

Obiectio Helmholtz-ii: Vitae geminae praee meteoza ad terras delata esse poterant. Ego argumentum non probat.

Resp. 1^o. Arguendum est, sicut theoria Flam-Laplace-a uni-

versale; valet itaque pro corporibus coelestibus, si quae vitæ in eis est, æque ac pro nostra terra.

Resp. 2^o: Dato et non concesso, organismos filamentorum posse oriri ex anorganicis, vitæ sensitivæ in animalibus brutis et multo magis vitæ intellectivæ in homine exigat causam immaterialem - Deum.

Resp. 3^o - Scripti (e.g. Löllner + 1860 et Nägeli Carolus Quill + 1891) respondent ex legibus mechanicis meteora per calorem, nō taceatur de frigore cosmico (= -75° usque -150°, Braun, Astr. nat. VII.) vel per impetum aëris, quem penetrare debet meteor. antequam in terram incidat, aut tandem propter humorem omnem in spatii aëre vacuis consumptum - gemina vitæ vitam amitterent, antequam ad terram pervenirent.

§8. Argumentum thaumalogicum.

Thesis VIII. Ex factis supernaturalibus, quæ miracula vocantur, probatur existere Deum ubi virtutibus supernaturalibus.

Declaratio. Hoc argumentum hoc loco ponimus, ne videamus incompletam seriam argumentorum pro existentia Dei tradidisse?

Constat enim Apologetas christianos ad hoc argumentum pro-
 sisse. Eius efficacia patet ex facto, quod conversio gentium ma-
 xime huic motivo immittebatur. Miracula et prophetias, quae
 in S. Scriptura V. et N. T. recensentur, quae ecclesiastica hi-
 storia usque ad nostra tempora accuratissime adhibita cri-
 tice narrent - sunt facta historica, quae, prout talia, a phi-
 losopho ignorari non possunt. -

Argumentum clarius intelligitur, postquam notiones ordinis su-
 pernaturalis, „miraculi“, „prophetiae“ data opera expositae fu-
 erint, ad quae h. l. remittimus iudicantes syllogismum,
 quo implicite etiam rudes ad cognoscendum Deum ducuntur.

Historici teste enumerant et adhuc eveniunt facta, quae dicun-
 tur miracula. - Alqui eas proportionata horum factorum
 non sunt causas naturales. Ergo existit causa supernatura-
 lis, naturae absolutus Dominus - Deus.

Propositio maior in Introductione scripturae V. et N.
 Testamenti, quoad facta probatur; quoad rationem superna-
turalis in tractatu de criteriis revelationis exponitur.

Propositio minor, maiore probata, patet ex principio causalitatis.



Articulus 3^{us}.
De argumentis moralibus.

§9. Argumentum eudamondologicum.

Thesis II. Existere Deum tanquam summum bonum probatur ex desiderio beatitudinis homini innato

Declaratio. Argumenta moralia facultatem hominis alteram, voluntatem imprimis, respiciunt, cum praecedentia rationem primario attendebunt. Haec nos ducit ad Deum tanquam terminum a quo summum Verum, principio causalitatis (sodkud pocho'ixi' elovek); illa argumentatio ex voluntate nos ducit ad Deum tanquam finem ultimum seu terminum ad quem (kom speje elovek?), summum Bonum. - Alterum non potest separari ab altero; veritatis cognitio per intellectum est radix, bonitatis fructio per voluntatem est fructus seu beatitudo formalis hominis.

Praenotiones ad hoc argumentum necessariae sunt sequentes:

Bonum - definitur: Ens, quatenus est appetibile (definitio ex effectu); vel ita: Bonum est ens, quatenus est conveniens

Aech 8.

(definitio ex ratione formali. Appetitus (appetibile) non solum de tendentia in bonum intrinsicus per cognitionem boni eiusdem, sed etiam de rebus carentibus cognitione, quae naturali appetitu tendunt in bonum, quia ab aliquo cognoscente moventur (extrinsicus) ad bonum, scilicet ex ordinatione intellectus divini e.g. vis planetae centripeta i. e. a natura seu creatore (impressus) ordinatus in aliquem terminum, in quem ens veluti pondus ⁴⁾ apprehensum (cognitum) sive intellectualiter sive sensitivo tantum e.g. appetitus scientiae, - appetitus cibi.

Bonum appetimus ut "ens nobis conveniens" vel propter se (ipsum bonum) vel propter aliud e.g. medicinam propter sanitatem. Hinc distinguitur bonum duplex: 1^o bonum ut finis, qui ratione sui appetitur et cuius gratia alia appetere possumus (etiam bonum honestum vel delectabile dictum); 2^o bonum ut medium sive bonum utile (quo utimur ad consequendum aliud).

Finis est aut intermedius aut ultimus. In intermediis finis ratione sui quidem appetitur (quatenus finis est), sed simul fini altiori obtinendo inservit, ut medium; finis ultimus

4) quoddam gravitat. 5) elicitus, qui est actus vitalis tendens in bonum appet...

est, qui ratione sui appetitur, quiro ad ulteriorem finem ordi-
netur. Spectamus finem ultimum dupliciter: a) specialis na-
turae humanae - felicitas - b) universae naturae, qui est glo-
ria Dei. Hoc loco primum.

Subdividitur in ultimum secundum quid seu relative
et ultimum absolute. Hic est talis, ad quem omnia ordinan-
tur ipse vero ulterius ordinari non potest. felicitas hominis,
s. beatitudo absoluta est talis, ad eam enim ordinantur
omnes actiones humanae et in ea conquiescit omnis volunta-
lis tendentia. - Bonum corporis valetudo est bonum, cuius gra-
tia plurimae operationes fiunt; potest autem valetudo ordina-
ri ulterius et ordinatur ad felicitatem temporalem ob-
tinendam. -

Finis ultimus, prout supra definitur, dicitur absolute ul-
timus de iure; talem esse solum Deum, probatur in sequen-
tibus. De facto finis ultimus est, quem homo quaerit, quiro
illum ad ulteriorem finem ordinat i. g. divitiae pro mul-
tis sunt de facto finis ultimus, pro aliis honores et vo-
luptates.

Beatitudo seu felicitas objective est summum bonum,
quod formaliter, aequivalenter et eminenter omnia bona con-
tinet, cuius proinde possessione beati efficiamur; beatitudo

(felicitas) subjective (formaliter) est ipsa huius boni possessio (coniunctio) per actus proportionatos summo bono. Cum probatur summum bonum, finemque ultimum hominis esse Verum, summum Verum et Bonum, hi actus, quibus possidentur sunt actus intellectus, quibus constituitur beatitudo radicaliter et voluntatis actus, quibus habetur felicitas formaliter.

Historice probabitur in tractatu de ordine supernaturali Deum omnipotentia sua, supposita potentia obedienciali in intellectu et voluntate, has potentias elevare eisque capacitatem veri cognoscendi et boni amandi specificè simpliciare ita, ut particeps homo de cognitione et amore ideoque de vita divina („consoles efficiamur divinae naturae“).

Philosophice in Theologia naturali de actibus intellectus et voluntatis naturalibus ideoque de felicitate naturali, utique possibili agimus.

Hos actus et intellectus et voluntatis ad felicitatem formalem (subjectivam) requiri probatur tum a) respectu habitus hominis, cuius istae duae nobilissimae facultates patiari debent, ut sit felix tum b) respectu finis ultimi, Dei, qui utpote spiritus, summum Verum, Bonum et Pulchrum, aliis facultatibus praeter intellectum et voluntatem apprehendi non potest. —

Malum opponitur bono et est „privatio boni debiti.“

Dicitur „debiti“ i. e. earentia ius, quod debet inesse in aliquo secundum naturam vel secundum leges morales vel artis.

1. Dividitur in malum in se et malum alteri; primum est, quod debito bono caret e.g. impius; secundum est, quod alterum privat bono debito vel impediendo, ne acquirat, vel auferendo, quod habet.
 2. Haec divisio non debet confundi, cum ea, quae distribuitur malum in absolutum et relativum. Illud (absolutum) est, cum ens privatur bono supremiae sui part. debito (rationali) e.g. virtute; malum relativum, cum ens privatur bono debito part. inferiori (corporis) cum emolumento superioris (animae) e.g. martyrium. Idem valet de privatione boni in ordine entium inferiorum cum emolumento superiorum (e.g. occisis animalium utilitati serviens hominum).
 3. Divisioni boni in honestum, delectabile et utile respondet divisio mali in honestum, contristans et impediens.
 4. Malum culpae et malum poenae. Illud est privatio debita conformitatis voluntatis liberae cum norma moralitatis, alterum est malum physicum, quod ex culpa sequitur.
- Hiscae praemissis in argumentum iudaemonolo-

gicum. Omnes homines appetitu innato exuntur in felicitatem (beatitudinem) perfectam.

Prop. 1^a

Hic appetitus innatus non potest esse per se inanis, sed debet satiari

Prop. 2^a

Est autem inanis et non satiatur bonis finitis singulis neque congruis omnium, nisi existeret Bonum summum idque infinitum - quod est ipse Deus.

Prop. 3^a

Ergo ex desiderio beatitudinis nobis innato probatur existere Deum tanquam summum Bonum.

Demonstratio.

Propositionis 1^{ae} 1^o (a priori) Voluntas fertur in bonum tanquam suum objectum formale. (Potel ex Psychologia cap. IV.) Hoc bonum est vel medium vel finis; medium appetit propter finem; finis si intermedius est, appetitur propter alium finem. Sic finis est vel absolute ultimus vel intermedius et ipso etc. donec perveniamus ad finem ultimum de iure vel de facto.

Item processus causatorum et causantium infinitus est impossibilis, uti probavimus de causis efficientibus in argumento cosmologico. Causae finales subordinatae sunt verae causae moventes voluntatem bonitate cognita. Sicut in serie subordinata causarum efficientium debet esse - prima, ita in serie finium, qui volun-

tutem movent, debet esse aliquis finis ultimus, propter quem omnes ceteri fines appetuntur ut media ad illum assequendum. Et sicut sublata causa efficiens prima (Enle per se existente) tollitur ratio existentiæ omnium entium ab alio - ita quoque sublato fine ultimo (Bono per se appetibili) tollitur bonum appetibile propter aliud nihilque supererit, quod appetibile sit. Ergo voluntas humana in suis intentionibus necessario sibi praefigit aliquem finem ultimum

Finis ultimus est illud bonum, in quo sistit et quiescit voluntatis motus ita, ut voluntas nihil aliud appetat neque appetere possit. Bonum vero tale est bonum perfectum hominis, cuius possessione felicitas perfecta continetur.

Ergo homo necessario (vel appetitu) innato fertur in omnibus volitionibus suis in felicitatem perfectam.

Nota:

Ad solvendas difficultates notandum est hominem posse tribus modis aliquid propter aliud intendere:

1^o Actu explicito cum quis actu finem mente versat, dum media appetit;

2^o Virtualiter - cum quis finem actuali intentione antecedenter considerat et propterea agit ex influxu huius intentionis actualis, virtute sua in tota serie actuum perseverantis e.g. Singuli passus iter instituentis fiunt virtute

termini actualiter intendi antecedenter et virtualiter influ-
rum exercentis in omnibus passibus.

Implicito (interpretative) finis ille intendi dicitur, quem ^{3^o}
agens actu non spectat nec antea intendit, sed in alio fine
intentionem sistit, qui tamen natura sua ad illum est
ordinatus e.g. qui muneri suo satisfacit nihil cogitans
de satisfaciendi obligatione, qua tenetur.

Propositio 1^a argumenti asserit hominem saltem intentione
interpretativa ferri in felicitatem perfectam, procul hoc no-
mine intelligitur a) finis ultimus sive de iure sive de facto
b) complexus felicitatis in via (in spe) et in termino (in re). Haec
felicitas formaliter apprehenditur ut possessio summi boni
et earentia omnis mali. - In hoc sensu

2^o - Argumentum a posteriori i. e. experientia teste ita
prop. tam probat:

Homo in omni actu eo tendit, ut aliquod bonum procuret vel
malum removeat. Nisi in hoc appetitus innatus beatitudi-
nis quiescat, quamdiu alicui malo adhuc subsumus vel
bonum ulterius desiderandum apprehendimus. Tendere autem
in possessionem boni perfecti earentia omni malo - est tendere
in perfectam felicitatem. Tam simulac cogitemus, etsi quid
objective sit, forte adhuc agnoscimus formaliter et actu ap-

petimus.

- 3^o Idem confirmatur teste propria conscientia et auctoritate, cum omnes fateantur nos beatitudinem naturaliter quaerere. Hinc illud Augustini (de Trinitate, l. 13, c. 3 et 4): „Felices omnes esse volumus, infelices esse velle non possumus.“

Demonstratio Prop. 2^{ae}. Appetitus naturalis frustrari non potest.

Arg. (ex analogia a minori ad maius): Appetitum innatum (naturalem) in entibus anorganicis, organis viventibus, regni vegetaliu[m] et animalium irrationalium nunquam frustrari in scientiis naturalibus inductione constat. (Ná př: Přelární přání nedarmo napodzim seplejše krajiny nehledají sledující vrozený pud pro nich a p.)

Ergo a fortiori in homine utpote ente rationali, omnium superiori et nobilissimo, appetitus felicitatis innatus frustrari nequit.

Alia forma: Ex argumento deontologico constat ordinalissima esse omnia entis homine inferiora ad determinatos fines realiter existentes. Atqui si desiderium felicitatis in homine frustraretur essetque inane, exagit actum desiderii contradictorius et vanus, condidisset natura ens nobilissimum. Ergo appetitus felicitatis homini innatus, frustrari inanisque esse nequit.

In omnibus ita persuasum est, ut Augustinus non iam in

probanda hac propositione, quam in assignando objecto huius desiderii respondente totam operam collocavit Conf. l. 11. c. 6. sq. inquisitionum (lib. l. 1, c. 1.) ita concludens: "fecisti nos aditum et inquietum est cor (necum,) nostrum, donec requiescat in te."

In propositione dicitur appetitum felicitatis "per se" frustrari Nota: non posse, i. e. ex institutione naturae; "per accidens" i. e. per accidentem deviationem liberam a fine, de iure ultimo, potest homo de facto sibi statuere finem ultimum, ex ore culpabili, alium vel potest homo a fine vero cognito peccando deflectere. Frustratio desiderii in hoc casu est poena peccati ideoque sanatio ordinis moralis.

Demonstratio prop. 3^{ae} sit 1^o - negative, probando nullum bonum finitum, neque collectionem omnium bonorum finitorum posse esse objectum felicitatis (posse satiare appetitum felicitatis)
 2^o positivo ostendendo: solum Bonum infinitum satiare et implere potest appetitum felicitatis humanae voluntatis.

Demonstratio 1^a

Bona finita alia sunt externa homini, quae dicuntur bona Praemotiones fortunae eaque sunt: divitiae, honor, gloria, potestas, alia interna sive corporis sive bona animi. Bona corporis sunt: robur virium, pulchritudo, valetudo et corpora voluptas; bona animi: virtutes morales et virtutes intellectuales, ut sci-

entia, sapientia, prudentia, ars etc.

Jam vero dicimus 1^o Felicitas non est sibi in bonis fortunæ generativa.

Argumentum. Perfectæ felicitatis objectum α) nulli malo potest esse admixtum, β) eo obtento homo nullo debet careere bono perfectioni naturæ convenienti et γ) ab omnibus hominibus, proprii viribus independenter ab impediētibz extrinsecis - posse acquiri.

In specie dicimus 2^o Objectum felicitatis non possunt esse divitiæ.

Argumentum: Objectum felicitatis desiderium voluntatis a) prorsus explere debet et b) debet esse finis ultimus et non medium ad assequendum (bonum) finem ulteriorem. Atqui divitiæ a) desiderium voluntatis non explent, immo avertunt, b) natura sua sive naturales sint (cibus - vestitus - domus etc.) sive artificiales (pecunia) ad alium finem (vitæ necessitates et commoda) comparatum diriguntur.

Ergo divitiæ non possunt esse objectum felicitatis perfectæ

Dicimus 3^o Objectum felicitatis non potest esse honor.

Argumentum: Honor homini α) perfectionem non confert sed supponit b) nimis honoris appetitus vitiosus est omnibusque execrabilis. - Atqui objectum felicitatis α) summam homini perfectionem affert b) totis viribus est exspectandum et nunquam

ius appetitis nimiam esse potest. Ergo honor non potest esse felicitatis obiectum.

Idem valet de gloria seu fama, quae semper cum falsitate componitur et ab aera populari dependet. Tale non potest esse obiectum finis ultimi s. felicitatis homini.

Neque 4^o, Potestas potest esse obiectum felicitatis hominis.

Potestas a) a paucis non ab omnibus hominibus obtineri Argumentum. potest et b) natura sua in bonum communitatis subditorum dirigatur. -

Alqui obiectum felicitatis a) omnibus hominibus debet esse possibile, b) et ad ulteriorem finem non dirigatur. Ergo...

Demonstratio II. - quod bona interna hominis.

Dicimus 5^o: Bona corporis non sunt obiectum felicitatis.

1. generativo: Bona corporis a) a natura dantur communitate nec acquiri possunt conatu - b) sunt inferiora bonis animi et ad haec ordinantur illa, sicut corpus ad animam. Ergo non possunt esse summum bonum finisque ultimus. Argumentum

2. in specie: felicitas homini non potest esse sensilis voluptas.

Voluntas sensilis - a) acquiritur actibus homini et Argumentum brevis communitate - felicitas requirit actus nobilissimos.

simos intellectus et voluntatis, b) voluptas immoderata
semper et ubique quaesita hominum finem dat. finis
ultimus salis nunquam appeti potest, mensura sola
media respicit - c) voluptas sola sine utilitate aliusque
bonis neque possibilis est. -

Ergo felicitatem constatare nequit.

Primum 6^o: Felicitas neque in animi bonis collocari
potest.

Argumentum 1. Intellectuales virtutes, ut scilicet prudentia - ordinan-
tur ad operandum uti finem suum. Ergo non sunt
finis ultimus.

Scientia et sapientia a plurimis acquiri non possunt
deficiente suo ingenio seu otio et multis necessariis, a qui-
bus acquiruntur - id est imperfecte et desiderium animi
non satiatur sed acuitur

Ergo felicitas in bonis animi intellectualibus sita
non potest.

2. Neque virtutes morales (voluntatis) felicitatis homi-
nis perfecta sunt.

Argumentum 2. Habitus virtutum propter actus sunt, ergo non sunt
finis ultimus.

Actus virtuosus a) animi passiones unumque porum,

ut meliorum ad finem ultimum moderantur; b) pro
se cum plurimis malis componuntur („sustine et absti-
 ne” formula virtutum) et non nisi felicitatem in spe i.e.
 respectu finis ultimi per virtutes capessendi (felicitas
 in re) pariunt. Si tollis hunc, tollis quoque virtutum pa-
 lionum adaequationem.

Confirmatur argumentatio ex eo, quod omnia bona fi-
 nita temporanea sunt, morte experienda. Atqui intel-
 lectus cognoscit bonum non propter immortalitatis
 ideoque appetit et non patitur nisi bona non perituro -
aeterno, quod est Deus solus.

Dicimus, solum Deum personalem, Summum Bonum
 et Verum - esse aeternum, quia abstractae veritates
 sunt aeternae negative, tantum in aeterno positivo
 Ente suum fundamentum habent. (Vide argum. ideal.)
 Nosque possibiliter ut vera et bona appetimus pro
 sunt representationis ideales rerum concretarum,
 actualiter existentium. Entis vero reale, in quo omnis
 ratio veri et boni continetur et Entis infinitam verum
 bonum et pulchrum - Deus.

Per haec anticipatio veritas in conclusionis argumen-
 ti eudaeonologici expressa. Quae conclusio per

exclusionem omnium bonorum finitorum et evidens, cum
 utique quod obiectum felicitatis esse debeat, et inter finitum
 et infinitum medium non datur.

Speciali argumento confirmatur conclusio ista:

Natura intellectus cognoscit verum et bonum universalis-
 simo i. e. quodlibet verum et bonum (rationem entis - veri
 - boni - pulchri. Ergo patet appetitus voluntatis; voli-
 tum sequitur cognitum Verum et Bonum hoc univer-
 salissimum non sunt possibilis abstracta realiter non
 existenter; haec enim a) cum existentiam non habent,
 nec omnino habere non possunt, non sunt perfectissima
 b) quid fundamento reali, - ente infinito reali immate-
 riali, aeterno necessario ubi fonte omnis veri, boni et
 pulchri indigent - non possunt esse finis ultimus.

Ergo ens personale, realiter existens, summa Veritas,
 Bonitas et Pulchritudo solum est obiectum felicitatis
 perfectae hominis.

Scholion. Argumentum praecedens probat Deum esse felicitatis
 vitae futurae obiectum in re. et vitae praesentis obiectum
 necessarium felicitatis hominis in spe.

Sub hoc respectu appellatur hoc argumentum psycholo-
gicum et est hoc:

Si ponis Deum existentem intimo menti insculptum

- a) erigitur tota vita spe beatitudinis futurae -

b) datur animi fortitudo ad labores etiam gravissimos alacriter subeundos mediis in rebus huius mundi labilibus et caducis et c) solatium in aerumnis et miseriis perferendis.

Si vero tollis Deum existentem, tollis spem et inducis desperationem vitaeque taedium - pessimismum, nihilismum, vel unicum miseriae finitum.

Cum sit absurdum naturam in inferioribus dilissimam et sapientissimam providam - in hominem tam crudeliter servare - ponendus est Deus, virtutis Spes in vita praesenti et beatitudo in vita futura.

§ 10. Argumentum deontologicum.

Ex obligatione absoluta et universali legis (moralis) Thesis X.
naturalis probatur existere Deum tanquam supremum legislatorem.

Praenotiones brevissime indicantur quippe quae in theologia morali fusi^{us} exponendae sunt.

Obligatio (závaznost, Verpflichtung, Verbindlichkeit) est necessitas moralis ponendi vel omittendi actionem physice liberam sed necessariam ad consecutionem boni, quod homini est absolute necessarium. - Bonum homini absolute necessarium est bonum finis ultimi (felicitas perfecta) et quod eam hoc cohaeret uti medium moralis bonitas actionum. Bonitas moralis proxime pendet ab essentiis rerum earumque relationibus mutuis (Deus, homo, mundus) remote a causa prima efficiente, omnes res - Deo creatore - ideoque supremo Domino totius ordinis rerum. Principium obligationis moralis est itaque Deus sub triplici respectu:

a) ut causa efficiens ideoque dominium rerum exercens, b) ut causa exemplaris rerum (fundamentum reale possibile [essentiarum]), c) ut ultimus finis et felicitatis perfectae obiectum unicum.

Absoluta dicitur obligatio, quia homini absolute est necessarium conformari oritur, ne sit malus et peius - (malum culpa) et ne sit remissione finis ultimi infelix, quia homo est physice liber (Conf. cap. de homine.) -

"Universalis" dicitur, quia omnes homines unum rationis habentes obligationis moralis sunt conscii; ubique terrarum et ubique gentium.

"Lex" a S. Thoma (1.2. q. 90. a. 4.) definitur: "Ordinalio rationis ad bonum commune et ab eo, qui eam communitalis habet, promulgata." - "Naturalis" prout a ratione humana uli norma agendi hominis cognoscitur.

Hiscce positis en argumentum deontologicum.

Historia teste adest consensus universalis generis humani de obligatione legis naturalis et teste conscientia unusquisque experitur se hac obligatione ligari.

Atque lex obligans absolute supponit duo:

1: intellectum (rationem) ordinantem, 2: voluntatem obligantem ideoque superiorem eis, qui obligandi sunt.

Ergo lex naturalis supponit:

1^o intellectum ordinem naturalem moralem ordinantem et

2^o voluntatem omnibus hominibus superiorem.

Porro cum obligatio legis naturalis sit universalis ratione loci et temporis, quatenus nullibi et nunquam coepisse, sed tanquam lex aeterna rationi creatae praecessisse eique luce rationali promulga-

ta dicenda est, consequitur etiam intellectum et voluntatem, a quibus dependet ista lex, debere esse ab aeterno. Intellectus autem et voluntas aeterna est Deus.

Ergo ex obligatione absoluta et universali legis naturalis probatur existere Deum tanquam supremum legislatorem. Divina essentia, ut causa exemplaris rerum, ordinem moralem constituit; Divina voluntas, uti causa efficiens, per creationem supremum dominium iurisdictionis in creaturas racionales, leges ferendo exercet. Deus ut finis ultimus hominis est legis sanctio, sc. assecutione - praemium, ommissione - poena damni.

Maiores syllogismi aequo historico generis humani ac conscientia singulorum patet. - Praeclariora testimonia classica antiquitas graeca et romana exhibent Sophocles: Antigona, v. 446 - 460, et Oedipus Rex v. 863 - 871; Plato: Apol. Socr. Res pnb. l. 4) - Cicero - fragm. l. 3. de Re pnb. aliud Lact. inst. l. 6. j - . Aevi christiani testes sufficit allegasse Rom. II. 14. 15. Tertullianum (de anima o. 41) Augustinum (de lib. arbitrio l. 1. c. 6)

Hinc ipse auctor modernus (Thuring, der Zweck im Recht 1853) dicit: Auf die Frage nach dem

Ursprung des sittlichen Gefühls antwortet eine Theorie, welche so alt ist als das wissenschaftliche Denken der Menschen, welche sich von den Tagen der griechischen Philosophen bis auf die Gegenwart behauptet hat. „dasselbe ist dem Menschen angeboren, die Natur v. Gott hat es in das Herz gesenkt.“

Quoad conscientiam sibi quisque testis est etiam post studiorum diligentissimam persuasionem de obligatione absolute morali non solum non deponi sed firmari:

Minor syllogismi ex essentia legis eiusque obligationis universalis consequitur et in iure et theologia morali de legibus fusius explicatur. -

Hoc argumentum etiam sociologicum dici potest. Scholion. Societas enim sine obligatione legis, voluntates subditorum ligentis, est impossibilis. Lex obligans supponit auctoritatem. homo homini per se nulla est auctoritas socialis, nisi innitatur auctoritati Domini κατ' ἐξουσίαν, Dei, qui titulus creationis est supremum principium omnis obligationis sub peccato culpa et sub sanctione penae, quam auctoritatem homo vicarie exercere potest. (Rom. XIII. 1. Non est potestas nisi a Deo. ")

§ II. Argumentum ethnologicum

Thesis IX. Deum existere probatur ex universali generis humani consensu.
Praenotiones. Statuendum est 1) obiectum de quo genus humanum consensu dicitur. - Hoc obiectum est illud, quod conceptu vulgari Dei exprimitur. (Conf. Prolegom. I. n. 2.)

Non asserimus itaque consentire omnes gentes in determinato Numine e.g. Jahve vel Jove etc., neque negamus in conceptu, quo describitur Deus, reperiri errores de vera essentia Dei seu attributis Dei veris admisceri erronea. Sed affirmamus consentire gentes in admittendo aliquo supremo numine, a quo ordo mundi physicus, moralis, socialis dependet. Admiserunt omnes non solum aliquam naturam divinam sed eam tam multiplicare placuit (in polytheismo) admiserunt aliquod ens unum supremum, a quo cetera pendebant e.g. Jovem, deorum hominumque patrem. De numero deorum dissentiebant; alii unum, alii duos, tres, alii alios; in dissensu manifestatur error. -

Monotheismum fuisse religionem originariam et polytheismum esse eius depravationem posteriorem, in opere P. Pesch historicae offeruntur argumenta plurima; (Gottesbegriff - Stimmen v. M. u. L.)

2. universalitas consensus non physica sed moralis asseritur i. e. pro materiae ratione talis, ut admittatur exceptio; sunt itaque homines, qui Deum esse ignorant vel negant, quos atheos negativos vel positivos appellamus, factum hoc eiusque causa inferius exponemus. Numerus hominum atheorum et qualitates eorum dissensus tales sunt, ut comparati cum numero consentium sperni possint. -

Universus aliquis populus atheus nunquam extitit. Stupres, de quibus dubitabatur, an agnoscant Deum, mente adeo rudi et voluntate depravata sunt, ut monstra potius generis humanis, quam homines dixeris. Monstra vero, ut exceptio, intra speciem non sunt connumeranda, saltem eorum iudicium non est ponderandum neque quaerendum.

De philosophis atheis (materialistis et pantheistis) infra agitur. - Quibus praemissis enarguendum:

Id est consensus moraliter universalis et constans humani generis existere ad quod "Nomen supremum".

Atqui consensus iste talibus insignitus est characteribus, ut necessario ex fonte veritatis oriri debeat. Ergo ex universali consensu generis humani probatur Deum existere

Demonstratio elatioris.

In propositione maiore affirmatur factum; facta sunt testimoniis probanda. Testes appellamus:

1. Libros sacros Hebraeorum, libros sacros Orientalis, qui continent doctrinam Sinesem (Linanü), Indicam (e.g. Les livres sacrés de l'Orient traduits par G. Sandhier.); testes appellamus auctores graecos veteres, philosophos, historicos, poetas, legislatores e.g. Hesiodi Theogomiam, Orpheum, Aristotelem (Metaphr. de mundo), Herodotum (Euxipe) Xenophontem (Cyropaedia), auctores Romanos: Plutarchum (adv. Coloten.), Tacitum (de moribus german.) Caesarem B. G. l. vi. Licionem (de legibus l. 1, de natura deorum l. 2) Senecam (ep. 117. quaestio nat. l. 2).
2. Linguarum omnium vocabula ad exprimendam ideam Dei, supremi Numinis.
3. Litteraturam, artes, vitam appellamus domesticam et publicam, belli pacisque temporibus, quibus exhibentur sacrificia, preces, orae, dies festi, oracula, iuramenta etc. - Ex hisce fiat sententiam „Deum existere conserdam esse cum origine generis humani; iuxta Hebraeos vel in initio historico cuiusque gentis; nullibi introductionis spontaneae vel violentae huius dogmatis generis humani et conserdae cum eo religionis ne vestigium quidem reperitur Speciminis causa allegatur Licionis (de divinatione l. 1. c. 39) testimonium:

„Si ratio mecum facit, si inventa, si populi, si nationes, si Graeci, si barbari, si maiore etiam nobis, si denique hoc semper ita putatum est, si summi philosophi, si poetae, si sapientissimi viri, qui res publicas constituerunt, qui urbes condiderunt; an - dum bestiae loquamur exspectamus, hominum consentiente auctoritate contenti non sumus?“

Plutarch (adv. Coloten) notissimum: „Si terras deas, invenire potest urbes muris, litteris, legibus, domibus, opibus, numismate carentes, gymnasiorum et theatrorum ne - scias; urbem templis diisque carentem, quae precibus iureiurando, oraculo non utatur, non bonorum causa sacrificet, non mala sacris nitatur, nemo unquam vidit.“ - Conferatur L. Fabricii opus, cui titulus: „Apolo-
logia generis humani adversus accusationem atheismi.“
Ne quis obiciat, argumentum nostrum concludere a parte (generis humani sc. ex populis antiquis) ad totum (genus humanum) conferatur J. Tesch Ergänzungsheft - Schim-
men u. Maria Lury, Heft 32, - Albertum 41-42, Gottesbegriff
in den heidnischen Religionen der Neuzeit, Schanz, Apo-
logie des Christ., Freiburg, Gubleret, Apologetik, Münster,
Kladovávek, Obrana T. etc.

Ibi ex ordine post recentes inquisitiones ethnologicae, quod de antiquis testantur auctores classici, de 1. Massa mongolica, 2. massa nigra et 3. massa caucasica et diversis earum familiis - in quacunque orbis parte testantur recentes

Ex 1435 millionibus hominum, qui universim numerantur in terra (Hübner, Geogr. - Statist. 1884) sunt:

Christiani - catholici	cca mill. 218 = 15.2%
Christiani - acatholici	" 214 = 15%
Israelitae	" 8 = 0.5%
Muhamedani	" 120 = 8.3%
Brahmanistae	" " 138 = 9.6%
Buddhistae	" " 503 = 35%
Feticistae	" " 234 = 16.4%

Buddhistis adnumerantur omnes Sinenses, quamvis plurimi adhaerent Confucianismo vel Facismo; Feticistis omnes pagani Asiae, Africae et Americae (Conf. Hontheim, Ind. Theodiceae.)

Quapropter hodie ipsi athei et Darwinistae, ut Maximo Müller, Réville, Hellwald nullam gentem fuisse vel esse saltem, quam religione destitui cum ratione affixmare, quis possit. -

Arch 11.

Probatur minor.

Charakteres, quibus insignitus est consensus hominum in asserenda divinitate reducuntur ad hosce:

1. est molestus cupiditatibus; 2. est veritas fundamentalis, sensuum errori subtrahenda et necessaria, ut bene consistat societas humana 3) maxime promovet virtutes et eo magis confirmatur, quo scientiae augentur

Atqui talis consensus origo non potest esse error, sed necessario e fonte veritatis derivat. Ergo -

Ad 1. Praesupponendum est intellectum esse factum ad cognoscendum verum ideoque per se (natura sua) fallibilem non esse, sed per accidens neque tamen in omnibus. Per accidens fallibilis est ideo, qui ratio utpote limitata, per causam extrinsecam - sub imperio voluntatis in errorem induci potest. Per se intellectus tantum affirmat, quantum videt, et in hoc est infallibilis. At sub imperio voluntatis potest intellectus determinari plus assentiri obiecto quam rationes perspectae exigunt et in hoc errore potest. Ratio erroris est itaque in inclinatione, imprimis in passionibus appetitus rationalis et sensitivi, quae secum trahere possunt intellectum.

Quapropter per characterem primum, quo insignitur con-

sensus de divinitate, excluditur causa erroris sc. cupiditates seu passiones.

Atheismus, favens cupiditatibus, iam ideo erroris suspectus est „Dixit insipiens in corde suo: non est Deus“ (Ps. 13.); Atheismus cum adversatur, cupiditatibus si nihilominus universali- ter et constanti ab hominibus tenetur hanc persuasionem ab efficacia veritatis unice refutare potest

Ad 2. „Fundamentalem“ - esse hanc veritatem: „Deus est“, patet consideranti, quod ab ea pendet solus ordo vitae privatae et publicae. Tunc Deum et posuisti tibi et societati Dominum absolutum, moralitatis et legum obligationis principium ultimum, vindictam malorum, virtutis praemium, vitam aeternam felicem vel infelicem. Contraria ponenda erunt, si ponis - „Deum non esse.“

Fundamentalis - est haec veritas pro societate ideoque, ut societas bene consistat - est necessaria. Societas sine lege obligante, sine conscientia subditorum legum recte applicante, sine iustitiae et charitatis exercitio bene consistere nequit. Atqui homo essentialiter socialis est. Ergo, si verum non esset „Deum existere“, dicendum esset natu- ram humanam, cum exigit ad suum esse et suum per- fici persuasionem „Deum existere“, - exigere errorem, cui ad -

haerere debeat intellectus factus ad veritatem. Id autem evidenter est absurdum. Naturae in absolute necessariis providere debet. Addimus consensum gentium non pendere a sensuum testimonio, qui rationi sunt occasio erroris v. g. omnes homines ante Copernicum communi consensu putabant, solem moveri, terramque stare firmam.

Hic vero error occasionem sumit a sensibus, qui testantur apparentem motum solis. Intellectus est iudicare, utrum quod sensibus apparet objective, quoque ita sit, quod quidem progressu experientiae factum est errorque depositus.

Attende insuper ad hominis vitam practicam hanc veritatem astronomiae non esse adeo necessariam eoque esse satis difficilem, minime obviam - eum de thesi nostra contraria valeant.

Sensuasio hominum „Deum esse“ maxime promovet vit. Act. 3. tutes & immo conceptum virtutis propriae dietae habere non possumus negato Deo.

Virtus est perfectio naturae rationalis, iuxta normam a ratione quidem cognitam, sed ab ea independentem; eamque absolute obligantem. - Alqui id Deum existentem causam efficientem primam (Dominum) et causam exem-

placem naturarum supponit

Sicut consensus „Deum existere” virtutes promovet, ita opinio „Deum non existere” promovet vicia virtutesque impedit. Id patet iam ex dictis theoretice, cum negato Deo tollitur discrimen boni et mali moralis, legis obligatio in conscientia, relicta sola spe emolumenti vel timore vis coercitivae malique temporalis. —

Theoriam confirmat historia vitae individualis et socialis gentium.

Religio apud omnes gentes exal anima culturae universalis Historia Europae, populi que nostri ad oculos praebet experientiam in dies clariorem.

Haec quidem breviter de relatione veritatis probandae ad voluntatem hominis. — Quoad intellectum — ita veritas „Deum esse” cum eo conexa est, ut eo firmius intellectus ei adhaereat, quo profundius et generatius ea perscrutanda occupatur. Hinc summique philosophi omnium gentium (Socrates, Plato, Aristoteles, Cicero, Seneca, philosophi Arabum aequae ac christianorum — Augustinus, Thomas Aquinas, Suarez, Cartesius, Leibnitz, ipse Kant, Palmes, Trendelenburg etc.), qui perennem in philosophiam influxum exercuerunt, omnes exant Christae. — Eorum

auctoritas et argumentorum pondere et gravitate vitae, ut plurimum virtutum excellentia commendatur.

Cum, hisce philosophiae paeninis "fundatoribus et promulgatoribus connumerari non possunt pantheistae vel materialistae neque antiqui neque moderni, quorum systemata cum morte auctorum sepeliuntur, alii aliis rationibus fallacibus sua placita defendunt et in eo solo conveniunt, quod solidum argumentum, ne unum quidem offerunt et etiam in aliis disciplinis turpissime errant, negantes e.g. corporum existentium, principium causalitatis in dubium vocant, discrimen obiectivum boni et mali morales negunt etc.

Character consensus universalis ultimus sc. nexus existentiae Dei cum utraque nobilissima hominis facultate hanc nobis ingeris alternativam:

Deus aut existit aut non. Si non existit, dicendum est hominem, quo maiori ingenio est praeditus, quo maiore studio diurno nocturnoque per totam suam vitam huius quaestioni dat operam, quo magis voluntatem a passionibus coërcet virtutibusque omnino eis imbuat breviter: quo magis homo facultates duas racionales, quibus homo est, excolit et perficit - eo magis errori

adhucet. - E contra neglecto labore studii et virtutis, quo magis peccatum instar oblunditur ratio et depravatur, vitis voluntas eo certius vitatur hic "error" et invalescit veritas - Deum non existere.

" Alqui haec, si ita sunt, intellectum ineflum esse ad cognoscendum verum sed necessario errore probarent.

Quod cum absurdum est et scepticismum universalem induceret, argumentum per se morale ad probandam Dei existentiam, assumit vim argumenti metaphysici, manetque alternativo primar. Deus existit.

Adde, quod non solum progressus in scientia de Deo (theologia), sed etiam de mundo et homine in scientiis naturalibus et psychologia firmat sententiam Deum esse novis rationis adminiculis. Ita vidimus argumenta veterum philosophorum ex motu ducta ex principiis physicis et physiologicis plurimum corroborari e.g. argumento entropologico, biologico. - Copernicus, Kepler, Newton alique scientiae naturalis modernae fundatores pii theistae erant.

Contrarium accidit modernis semidoctis, qui tantum de scientiis naturalibus gustarunt, ut evidentiam argumentorum dubiis propositis obscurare valeant, ne-

que tamen satis sapiunt, ut dubia exorta sibi solvant
vel datam solutionem intelligant

Accedit norma corruptela, quae Deum non esse
vellet et a scientia incompleta, theoriam praxi tali
conformem lege psychologica poscit et obliuet in seta il-
lud Baconis (Verulam) celeberrimum: "Leves gustus
in philosophia movere fortasse possunt ad atheismum,
sed pleniores haustus ad religionem reducunt."

§ 12.

Obiectiones contra argumentum ethologicum:

Tum propositionem maiorem ipsi athistici licet invili con-
cedant, movent difficultates contra minorem, cum sequen-
tes fontes erroris indicant, e quibus consensus nasci dici-
tur de Deo et de religione.

Causa communis erroris de Dei existentia est tum in vo- Obiect. 1.
luntate tum in intellectu humano. Ego. argumentum etho-
logicum non probat. -

Probatum antecedens ab adversariis ita

I. Quoad voluntatem est amor proprius, qui hominem inducit a) ut speret tempora ventura meliora et fingat sibi plurima bona futura; b) - inter haec desiderio delectationis ducti homines, fingunt sibi personas suprahumanas, quorum mystica conversatione in adversis habent solamen, in periculis fiduciam, in omni vitae conditione dulcem consuetudinem amoris. Ita orta est idea entis suprahumani, Dei, et haec est origo religionis, cuius est corda elevare et phantasiis laetissimis, praesertim rebus in adversis, deliciose creare.

Respondemus: Quod homines ex perfectis motivis sive externis (auctoritates) sive internis (rationis) existentiae summi boni adhaerentis, quod in futura vita appetitum felicitatis immortum patiaturum est phantasia duce, attribulis huius boni (Dei) veris, affingunt etiam attribula falsa, quibus delectantur et spem nutriunt - transmittimus. Quod vero homines nulla affulgente ratione pro existentia huius summi boni, fingunt sibi bonum tale futurum, et sperantes ficta eisque delectati, abstinere vellent facilis bonisque realibus, ipsamque vitam spernere, adversantibus et in contrarium felicioribus vehementissime passionibus - et colant virtutem.

Talis modus agendi esset contra naturam legesque psy-
chologicas. Homo abstinet a bonis sensibilibus praesen-
tibus et sustinet fortiter ea, quae maxime appetitui sen-
sitivo adversatur - quando praevalet pondus certitudi-
nis de existente Deo, ordinem servare iubente, per-
turbare vetante, qui esset malefactorum vindex, bene-
factorum remuneratio (Conf. arg. deontol. et eudaeim.)
Instant 2. - Moderni atheistae repetunt illud an-
tiquorum (Epicuri): „Primus in orbe deos fecit timor
- ardua coelo-fulmina quum caderent.“

Scilicet homines fulminum, terrae motus, morborum
horridaeque mortis terrore perculsi causasque phy-
sicas ignorantes, Ens quoddam potentissimum finxisse
dicuntur, quod precibus et hostiis placandum est, dum
iratum flectit mortales.

Respondemus a) cum timor hic in ignorantia causa-
rum physicarum originem simul habet, progressu scien-
tiae physicae debuisse deponi et timor et idea Dei.
Atqui oppositum accidit dum „pleniores haustus“ (sci-
entiarum naturalium) ad Deum reducant.

b) Si timor esset causa unica ideae Dei, haec idea
exhiberet Deum non aliter nisi sibi monstrum terri-

bile, fulminibus stipatum, et in solos meliculosos pueros et mulierculas caderet - dum „timor Domini“ creatoris Patrusque providi - fortissimosque viros semper decēbat.

c) Talem timorem Domini fundatum in perspecta plus minus clare existentia et iustitia Dei et coniunctum in spe et fiducia in eius bonitatem - esse sequelam minime causam religionis dicimus, qui timor et ipse religionem conseruat. Hunc timorem non esse inanem et precellere ipsorum atheorum animos, praecclare Tullius de Cicero testatur:

„Nec quemquam vidi, qui magis ea, quae timenda esse negaret, timeret; mortem dico et Deos (de natura Deorum) - Hic timor atheismi origo est, cum athei conscientiae est latenti hanc offam porrigunt. Non igitur Deos fecit timor, sed atheos.”

Instant 3. Ne deponatur idea Dei et religionis impediunt a) educationis praecudicia, b) legislatorum et sacerdotum fraus et avaritia.

Respondemus ad a). - Educatio seu auctoritas ut praecis fundata in certa theoria de Deo existente summo generis humani praedagogo, ut pro prima cuiusvis ho-

minis oetate ratio assensus Deum esse - concedimus, educationem (auctoritatem) sola exclusio rationibus intrinsicis, pro quavis aetate et mentis cultura est font et ratio sententiae de Deo et religione - Negamus.

Experientia psychologica constat homines praecudicia educationis praesertim cupiditatibus molestis, progressu aetatis et mentis cultura, libentissimo abicere nisi rationes ineluctabiles internae et externae obstant. - Alqui licet educatio apud diversos populos fuerit - a nulla gente etiam cultissima nullibi et nunquam - deposita est idea Dei et religionis.

1.) Testimonia. Quis, quando et ubi - coepit ista Resp. ad 6
fraus?

2.) Testimonia adversarii afferre non possunt, cum non sunt, immo, quaecumque de origine historiae gentium habemus, ecclae et fabulosa, semper ideam Dei cum primordiis culturae cuiusvis gentis concertam referunt - (Conf. arg. ethnolog.) rationibus intrinsicis quaestionem solvimus.

Dicimus 1.) omnes gentes, etiam silvestres, quae leges scriptas non habent nec legislatores, Deum agnoscunt et religionem. Improbabile, immo attendis hominum inclinationi-

bucis, impossibile fuisse, et regibus et sacerdotibus, facta
idea Dei-bale imponere iugum nationibus.

3.) Et si barbari id forte passi fuissent, certe nationes cul-
tae iugum excussissent.

Quodsi socialistae athei dicunt nunc demum super-
venisse aetatem, in qua, magnus ab integro renovabi-
tur ordo: so. status atheus, respondemus quaestioni
huic praescriptum esse per inductionem totius aetatis
mundanae, ex qua valet illatio profuturo - Caeterum
revolutio magna gallica experimentum ante 100 annos
iam fecit nostramque sententiam confirmavit. - Quodsi
4.) aliqui legislatores et sacerdotes dominandi sive
habendi cupiditate abusi sunt obiectiva ne-
cessitate auctoritatis et religionis, nihil ex hoc abusu se-
quitur, nisi solum optimos quosque et imperio et sacerdo-
tio esse dignos et persuasionem populorum de Deo ab
hoc abusu praesumptioni. - Haec necessitas auctori-
tis civilis et religionis est argumentum eius obiectivae
veritatis. Natura enim in absolute necessariis de-
ficere nequit.

II. Quoad intellectum - atheistorum probatio iam in
precedentibus praecooccupata est. - Dicunt enim

1.) Homines (ita Hegel) cum veras phaenomenarum naturalium causas ignorarent, fictas, ens scilicet invisibile et potentissimum, „Foventem tonantem“, „Septunarium Acherontis“, „Pulcanum ignis Aethiopicis foventem“, de eo cogitarunt.

Deposita ignorantia progressu scientiarum naturali- Respondemus
 unu deponi debuisse sententiam Dei existentis Alqui licet
 „leves gustus“ ad atheismum disponant scientias per se nunquam. Postea superius dicta, ubi in minori argumenti ethnologici eius vis in evolutione facultatum rationalium, intellectus per scientiam, et voluntatis per habitus virtutum, ostenditur.

2. Instant (Herbart, Spencer, The principles of Sociology), quem sequitur F. Lippert, Religion de europ. Kulturvölker, Berlin 1881 - Thansianam religionem ideoque ideam. Deo genuisso et „probare“ conantur ita - „Animae humanae invisibilis, intangibilis, immaterialis“ - orta est. idea ex umbra hominem comitante, ex echo resonante, ex imagine nostra in specula, ex somniis, cum, anima peregrinatur, et aliquando reveli obliviscitur, in morte hominis. Tales animae, etiam brutorum, plurimae in mundo vagantur, quarum auscultationes et conservationes nominatae

tim excellentiorum, maiorum et principum quaeritur et quorum cultus mox oritur; - ita nata est - religio!

Rsp: Gratis assertum, gratis negatur - et felimus rationis argumenta, non autem phantasiae commenda. -

Indirecte confirmant etiam tales difficultates sententiam „philosophiae perennis“. - Deus est. Conferantur enim argumenta pro cum argumentis contra - et apparebit tantum praevalere nostra suo pondere, ut evidens sit obligatio entis rationalis amplecti haec et respicere fallacias illas - (Conf. §: omnino simb. ad huiusmodi possibilis). -

Scholion. Si quaeritur de genesi consensu universalis seu de fontibus veritatis, ex quibus oritur, respondendum est:

- 1^o Pro prima cuiusvis hominis aetate, ut auctoritas concurrens cum exigentia, quomodo anima habet, Dei.
- 2^o Haec exigentia fundamentum habet in dupplici facultate rationali animae: in intellectu et voluntate.
Hinc simulac ratio evolvetur libereque incipit homo agere intrinsicam accedent auctoritati argumenta: eudoe-monologicum et teleologicum vel ordine inverso pro circumstantiis, sub quibus ratio evolvetur.
- 3^o Progrediente mentis cultura ultra communem populi educationem religiosa argumenta alia alius pro diversitate indolis, occupationis et occasionis, sententiam

ex auctoritate et rationibus popularibus confirmant eo profundius, quo accuratius mens eis applicatur.

4^o Huic progressui ontogenetico in singulis respondet parallelus phylogeneticus seu progressus crescens cognitionis Dei in populis. A Graecis enim et Romanis philosophiae antiquae praecepta et argumenta accepta tradiderunt Patres posteritati christianae ope revelationis doctrinam de Deo, quoad conceptum, quid sit, clarius et perfectius proposuerunt, quoad firmitatem assensus, novis argumentis roboraverunt et quoad notitiam universalitatem inter populos christianos propagaverunt. - Factum doctrinam Scholasticorum philosophiae, medio aevothelice et polemico ampliarunt et excoliverunt, et in systema redactam, uti theologiae naturalis disciplinam, universae philosophiae adscripserunt. - Aetas recens ope scientiae naturalis naturae, argumenta scholae veteris et aevi patristici non solum non exertit, sed novis additis adminiculis roboravit, amplavit, quod ex argumento teleologico, kinesiologicalo, biologico et antropologico nec non ethnologico patet. -

§13. Obiectiones quas proponit Kant
contra argumenta demonstrantia existentiam Dei.

Non inutile esse videtur monere. Kantium usque ad annum fere 1770 (periodum „dogmatismi“ vocant) agnovisse et cum sincero et certo animi assensu exposuisse argumentum: ideologicum, quod cum herologico conungebat; arg. teleologicum magni aestimabant, sed corrigendum esse pulabat.

Posteriore tempore (periodum „criticismi“ dicunt) cum auctoritate summi motus, opere „Kritik der reinen Vernunft“ - proprium sibi de origine cognitionis nostrae systema construxerat et nihil in philosophia admiserat, quod huic systemati accommodatum non erat - negare coepit efficaciam etiam illorum argumentorum, quas ipse prius defendebat. - In opere „Kritik der praktischen Vernunft“ solummodo ex ordinemoralis Deum „postulari“ dicit, uti causam, quae harmoniam inter virtutem et beatitudinem statuatur, ut homo ad summum bonum magis magisque accedat. -

Summopere t. c. inculcat, hunc discursum non esse demonstrationem proprie dictam („speculativam“) ideoque non gignere scientiam se fidem -

Verum quidem est argumentum morale Kantianum non pro-
bare existentiam Dei; essentialiter differt a nostro argumen-
 to „deontologico“. Kant enim Deum lanquam principium
obligationis non agnoscit, rationem esse autonomam do-
 cens.

Antequam ad singula accedamus generaliter dicimus:
 cum Kantius vim demonstrativam nostris argumen-
 tis ideo denegat, quia iuxta eius „Criticisum“ ratio in
 rebus speculativis supersensibilibus seu in intelligibilibus
 (νοῦμενα) subiectiva quidem necessitate determinatur ad as-
sensum (quem neque sapientissimi debeatore possunt),
 sed ignorat, utrum objectiva veritas hisc iudiciis sub-
sit - respondemus.

Negamus hoc suppositum theoriae Kantianae et consequenter
negamus ullam visse vim conclusioni contra nostra argu-
menta exinde factae. - Refellit theoria haec in philoso-
phia (Cap. III. de cognitione intellectuali); - h. b. notasse suffi-
ciat, non maio rem necessitatem nos experiri, in absen-
diendo iudiciis in rebus sensibilibus (αἰσθητά), quam
in rebus supersensibilibus, ideoque iuxta Kantianum
systema, nihil certi nos cognoscere posse et receptisum
universalem induci vel finem omnis philosophicae inqui-
sitionis. Cum hoc absurdum sit, absurdum quoque est prin-

cipium Kantianum supra dictum. -

In specie I. Obicit Kant contra argumentum cosmologico: Argumentum allatum (Thes. I.) probat immediate existentiam entis necessarii minime autem existentiam entis infiniti. Deductio entis infiniti ex existentia entis necessarii fit in ordine logico, ex analisi conceptum. - Argumentatio ex conceptum in analisi declaratur in arg. ontologico inefficax ad probandam realem Dei existentiam. Ergo etiam argumentum cosmol. inefficax est.

Resp. Nos procedimus ex facto realis existentiae entium contingentium, innixi principio rationis sufficientis (causalitatis) ad concludendum ens necessarium s. a se i. e. in suae essentiae existens. - Ex conceptu entis necessarii, quod realiter existere cognovimus, concludimus ens necessarium exigere perfectionem infinitam. - Alqui in hoc non habetur transitus a ordine logico essentiarum in ordinem rerum existentium, sicut fit in arg. ontologico, in quo ex cogitato ente, quo maius esse nequit, concluditur: Tale ens includit realem existentiam, cum logico tantum requiritur: in conceptu entis quod cogitatur perfectissimum, debet quoque cogitari nota existentiae.

Utrum hoc ens realiter existat, debet aliunde probari. -

II. Instat Kant: Principium causalitatis valet tantum in rebus sensibilibus (cognitione empirica); ergo eius ope non potest fieri transitus ad ens transcendens - Deum, (quod transcendit omnem ordinem contingentium).

Ergo causa ultima omnium contingentium, vi principii causalitatis, posset esse solummodo sensibilis et ipsa.

Respondemus: In Prolegomeno II. p. 18. declaravimus valorem principii causalitatis, esse universalem minime ad sensibilia restrictum.

Causam primam debere esse necessariam, ab ulteriore conditione independentem, rationem sufficientem suae existentiae in sua essentia habentem. - (quaestio an sit ita), logica necessitate argumento cosmologico probatur, quomodo res sit, ignoramus et ignorabimus. Causas secundas suam causalitatem solummodo in causae primae exercere posse, ideoque causam primam essentialiter a secundis causis differere et logice fieri transitum ad eam (μετάβασις εἰς ἄλλο γένος) intellegimus.

Hisce solutis data est ad objectionem III^{am} Kantii asserentis rens se ipsam decipit, dum in conceptu entis necessariis quiescit, necessitatem nos non percipere, nisi eum cognoverimus conditiones requisitas esse impletas. - Rp: Necessitatem entis dependentis, ut cognoscamus, conditiones, a quibus eius necessitas pendet, cognoscere debemus.

Necessitatem entis independentis pro limitata nos-

tra raditione sufficienter cognoscimus, cum scimus, illud non posse non esse, neque ab ulla conditione pendere.

Instant II. Repugnantia numeri infiniti non probatur. Ergo sine ratione argumentum cosmologicum huic repugnantiae superstruitur.

Respondemus: Etsi numerus infinitus forte non repugnet -seriem successivam productorum et productantium repugnare, probavimus. - Praeterea etiam dato (at non concesso) seriem vel numerum infinitum non repugnare, probavimus, causam primam necessariam extra hanc seriem debere existere. (Conf. arg. ontol.)



Quaestio II.^a Quid Deus sit?

De Essentia Dei.

- § 14. -

Thesis XII. Ens a se improductum seu necessarium
est infinitum.

109

Praenotiones: Quia probativius est, Deum existere, aliquo modo debet cognoscere, quid Deus sit, seorsus ignoret, quid probandum sit; objectum probandum - Deus, debet distinguui a mundo; ergo debet aliquo conceptu satis distincto apprehendi. Hunc conceptum appellavimus vulgarem eiusque originem indicavimus superius.

Sed iam progrediendum est ad conceptum scientificum de Dei essentia. - Rationi humanae alia inquisitionis via non patet, nisi, quam indicavimus probantes existentiam Dei - a posteriori ab homine et mundo.

Ex argumentis existentiae Dei clausare coepit ipse conceptus essentiae Dei colligamus, quae in singulis argumentis dispersa reperiuntur.

1^o quidem in argumento cosmologico - Deum ut ens a se cognovimus. Ergo aseitas (αὐτονομία) spectat certe ad essentiam Dei, sicut esse ab alio („abalienitas“) si ita dicere fas est) est de essentia hominis et rerum mundi: - Ens „a se“ non debere intelligi ens, quod sit causa sibi = ἑλβετρωμῆς κηϊφῆνυ, ἑλβετρωγῆν-ῆνυ (Schell et alii alii) sed ens habens rationem sufficientem suae existentiae in sua essentia (= ἑλβετρωμῆς, ἑλβετρωγῆς κηϊφῆνυ), iam in prolegomeno p. 24. declaravimus.

Ad Dei essentiam ergo spectat, ut sit ens a se = improductum = independens = necessarium - qui sunt termini aequivalentes.

Jam ex hoc patet Deum non esse coordinatum entibus ab alio, ideoque non habere cum eis ullum genus univoce commune, cuius species sunt Deus et res mundi (Conf. S. Thomas Summa theol. p. I. qu. III. act. 5.)

Posses quis obicere, saltem conceptum universalissimum „ens“ esse genus commune Infinito et finito, enti a se et enti ab alio, quae essent duae species illius generis communis. Respondemus cum S. Thoma l. c. praecunte iam Aristotele (in III. metaph.) - conceptus entis et conceptus infiniti et finiti, non habent relationem generis ad speciem, sicut e.g. sensibilitas, ut genus, se habet ad hominem et brutum. In homine enim ad sensibilitatem, uti conceptum genericum accedit per modum additionis conceptus „rationabilitatis“ formaliter alius et prorsus distinctus a „sensibilitatis“ conceptu. Jam vero conceptus entis ad conceptum infiniti vel finiti aliter se habet; in conceptu infiniti, finiti, materiae, spiritus etc. conceptus entis 1) formaliter et constitutive continetur (seus essent, nihil „finitum et infinitum etc.) sed 2) alio atque alio modo In infinito est id esse ab alio - (ente a se) dependens, productum, contingens.

Ex hoc sequitur conceptum entis non univoce sed

analogice tantum praedicari de Infinito et finito, sed cum forma (ov̄esse) intrinseca (constitutiva), etenim non solum Deus, sed etiam res vere sunt, sed aliter atque aliter.

Quod dicitur de conceptu entis universim evidenter valet, quod Deum de qualibet determinatione entis e.g. spiritus, materia - scientia, Bonitas etc. i. e. de quacunque entitate et perfectione dici debet, in Deo et in rebus analogice tantum non univoce (jednoznačně - univocně) reperiri. -

Haec veritas debet attendi, cum transitus a perfectionibus rerum ab alio ad perfectionem (essentiam) Dei fit.

2^o Ex argumento kinesiologico cognoscimus Deum ut motorem immobilem; scilicet talem, qui est ultima causa cuiuscunque motus (mutationis), quin tamen ipse mutetur seu transeat a quiete in motum. Talis motor a) non potest esse materialis, sed debet esse immaterialis; b) non potest esse finitus, sed debet esse actus infinitae intensitatis; talis enim actus solus est capax determinare quoslibet et quolibet motus finitos, quin exhauriatur et quin transire debeat vel possit a potentia in actum

3^o Ex argumento teleologico constat Deum debere esse spiritum intelligentiā et libera voluntate praeditum.

Exgo (ex 1^o, 2^o, 3^o) colligitur: Deus est ens a se, immateriale spiritus intelligens et libere volens, semper in actu, infinitae intensitatis - a quo pendet mundus, ut a causa

prima, quia eius existentiam determinat - actu intelle-
ctus conspiciendo exemplar et actu volendi traducens a
posse ideali ad esse reale

4^o Ex argumento udaemonologico novimus Deum
- ut bonum infinitum; cui si additur argumentum i-
deologicum et deontologicum - cognoscitur Deus, uti in-
finitum Verum, Bonum et Pulchrum, seu uti vis illa
infiniti veri, cui absolute submituntur intelligentia
in regno veritatis et uti Voluntatis majestas irrefraga-
bilis, ordinem moralem servari iubens, perturbari ve-
tans, cui absolute submitti debet omnis voluntas fini-
ta, ne sit rea et infelix

Demonstratio: - specialis thesios potest post praedic-
tam deductionem esse brevior.

arg. 1. - Ens a se - 1.) est causa adaequata existentiae
et perfectiarum omnium rerum realiter existentium
- et 2.) est fundamentum reale omnium rerum earum-
que perfectionum possibilium.

Ergo Deus debet actu aliquo modo praecontinere
non solum 1.) omnes perfectiones realiter existentes re-
rum productarum sed 2.) etiam omnium possibilium.

Atqui hae perfectiones nullo gradu finito continen-
tur, sed in infinitum alia potest alia perfectior esse, quin
unquam possibilitas novarum et maiorum perfecti-

113
onum exhaustur. Ergo causa adaequata et fundamentum reale totius ordinis rerum possibilium - Deus - est infinite perfectionis

arg. 2. Deus est ens a se seu ens necessarium. Ens necessarium est aut finitum aut infinitum. Atqui ens necessarium finitum esse nequit. Ergo Deus, uti ens necessarium - est Ens infinitum.

Probo minorem (3^{am} prop.) Si ens voluntarium esset finitum, hoc finitum exigeret necessario existere et non posset non existere. Exigeret autem existentiam aut quatenus est 1) finitum aut 2) quatenus est finitum tale e.g. finita sapientia exigere existere aut quatenus est sapientia finita aut quatenus est sapientia talis gradus - puta 10. - Atqui si primum deberent existere omnia finita possible (e.g. spiritus et homines sapientes omnes possible) quod neque de facto est, neque esse potest; absurdum est enim omnia possible existere. Si secundum obtineret - sc. si exigeret certus gradus perfectionis finitae existentiam, deberent existere non solum omnia possible eiusdem gradus perfectionis (e.g. 10.) sed a fortiori entia finita gradus in indefinitum altioris (11, 12 ∞). - Atqui hoc utrumque absurdum est, - ergo Ens finitum non potest esse necessarium

114

Ergo reliquitur ut ens necessarium sit infinitum
arg. 3. Ens necessarium (a se) requirit habere limites in sua perfectione. - Ergo est infinitum

Probat^{ur} antecedens: Etenim 1^o deest ratio omnis limitationis; 2^o adest ratio postulans illimitationem.

Prob. 1^{um}: Ratio limitans esset aut 1.) aliqua causa extrinseca, perfectionem finitam tribuens enti necessario aut 2.) intrinseca eius essentia gradus finitos postulans et infinitam perfectionem excludens. Atqui ad 1.) ens necessarium nullam causam extrinsecam habet, est a se. -

ad 2.) - a.) Essentia entis necessarii est: necessitas existendi: Atqui existentia nullum gradum perfectionis excludit, sed ad quemlibet, eadem ratione se habet. Ergo cum existentia Dei certe aliquam perfectionem exigit idque necessario, exigit omnem perfectionem et omnem perfectionis gradum. In hoc est sita eius necessitas existendi.

Vel: si existentia aliquam perfectionem vel perfectionis gradum excluderet, cum indifferens sit ad quemlibet, omnem perfectionem excluderet, quod absurdum certe est. -

b.) Gradus perfectionis finiti possibiles sunt infinite multi. Ergo realizatio unius prae ceteris exprimitur per $\frac{1}{\infty} = 0$ i.e. casus talis certo non fit contra essentia necessario exigens existentiam. Hac exigentia inter omnes reliquas finitas sola excellit ideoque non sunt

115

cum eā aequa ratione possibiles infinitae multae.
Ergo casus, quo ipsa realis est praeceteris = $\frac{1}{1} = 1$

Thesis XIII. 1.) Omnes perfectiones rerum ita de ente infinito praedicandae sunt, ut a) perfectiones - affirmantur b) imperfectiones - ut limites - negantur. c) ideoque perfectiones solutae ab imperfectionibus et limitatibus - per excellendam in Deo esse concipiuntur. 2.) Quapropter sicut conceptus entis, ita quoque conceptus entis perfectioris, non est in Deo et ceteris entibus univocus, sed analogus 3.) Iste modus concipiendi Deum a) non est quidem adaequatus sed b) verus est et c) quodam sensu etiam propius dici potest.

Demonstratio 1. p.

Deo tamquam causae primae tribuendae sunt omnes perfectiones rerum in ordine reali existentium, quia ab Eo to esse et to agere habent (Conf. arg. cosmolog. et arg. kinolog.) - Deo tamquam fundamento reali tribuendae sunt omnes perfectiones rerum possibilium, quia ab Eo omnem possibilitatem intrinsecam, ut a causa exemplari et possibilitatem extrinsecam, ut a causa efficiente habent (via affirmationis)

Si accuratius modum attendimus, quo omnes re-

rum perfectiones in Deo continentur, 1^o quidem clarum est, perfectiones materiae secundum suum formalem conceptum in Deo, puro spiritu, contineri non posse. Continentur virtualiter (aequivalenter) quia a Deo produuntur, et virtus spiritualis Dei praestare potest idem, quod praestat materia viribus materialibus; perfectiones materiae, quatenus in uno conceptu includunt imperfectiones, excludendo formaliter perfectiones spiritus - dicuntur perfectiones mistae. Ideo non possunt tales mistae perfectiones contineri formaliter in Deo infinite perfecto (via negativa).

Perfectiones spiritus sicut intelligere et velle (e.g. Sapientia, sanctitas) a) in suo conceptu formaliter nullam includunt imperfectionem - ideoque formaliter i.e. secundum suum formalem conceptum (intelligere verum, velle bonum) continentur in Deo et dicuntur perfectiones simplices. b) in rebus finitis habent haec perfectiones limites, indigent determinatione et potentia ad actum etc, habent de facto imperfectiones, a quibus solvi debent, cum a finitis ad Deum infinitum transferuntur - continentur in Deo formaliter et eminenter (via excellentiae) -

3^o Eminenter continentur perfectiones simplices et mistae in Deo, quando omnis imperfectio, quae in ente finito perfectiones simplices ingredi possunt, excluditur e.g. tempus est perfectio mista, quia dicit a) durationem, quae

est perfectio simplex b.) successionem, initium et finem, quae sunt imperfectiones In Deo est tempus eminenter, quatenus est in Deo duratio sine successione etc., sine ulla imperfectione. Duratio Dei non est formaliter tempus sed aeternitas, quia deest initium et finis, successio - sed est duratio tota simul. - Triplex est ergo modus cognoscendi Deum a posteriori ex mundo: 1. via affirmativa 2. via negationis 3. via excellentiae. -

Dem. 2 p. Ex dictis sub 1. patet a.) perfectiones rerum, sicut esse rerum vere de Deo praedicari - sed b.) ratione (modo) essentialiter diverso. Ergo conceptus obiectivus perfectionum (sicut dictum est de conceptu, entis) de Deo et rebus mundanis non univoce sed analogice eum forma intrinseca (analogia metaphysica) praedicantur. -

Formae (perfectiones) intrinsecae Deo et rebus, licet modo essentialiter diverso, sunt fundamentum similitudinis inter Deum et entia finita („imago-vestigium Dei“)

Perfectiones materiales tropice (metaphorice, metonymice, anthropomorphysmi) tantummodo de Deo praedicantur.

Ex dictis (2 p.) consequitur, Deum (perfectiones divinas) et perfectiones entium finitorum non posse coordinari et subsumi tamquam species sub aliquo genere communi e.g. sapientia Dei et sapientia hominis, non sunt species alienius sapientiae genericae, quae esset indiffe-

118

rens ad sapientiam divinam vel humanam. - Etenim species dividunt genus et participant genus et perfectio generica unius speciei e.g. sensibilitas hominis non continetur in specie alia (e.g. in sensibilitati bruti) ideo additis speciebus, additur perfectio, e.g. minus est animal rationale, quam animal rationale + irrationale.

At vero Deus infinitus ita continet omnes perfectiones rerum finitarum, ut non sit maior perfectio e.g. sapientiae, entitatis, bonitatis etc.) (in Deo + mundo) quam in Deo solo; habetur maior numerus abstractus unitatum diversi ordinis sed non habetur maior valor perfectionis.

Haec infinitas perfectionum exigit summam Dei simplicitatem seu excludit quamlibet compositio-
nem, etiam metaphysicam, ex genere et in specie, ex substantia et accidente, ex potentia et actu - et a fortiori ex partibus physicis. -

Haec summa Dei simplicitas (de qua in tractatu dogm. spes plura) optime exprimitur termino et conceptu: Deum esse, actum purissimum".

Tem. 3 p.


Conceptus de Deo desumuntur ex creaturis (s. effectibus causae primae), quae Deum inadaequate representant, propter suas imperfectiones et limita-

119
tiones potius docent (via negationis), quid Deus non sit et ideo (via affirmationis) inadaequate, quid Deus sit - (a.)

Vera tamen est haec cognitio Dei, quia conceptus hi repraesentant perfectiones, quae in Deo obiective sunt, licet modus, quo concipiuntur (cum perfectionibus) alius sit ab eo, quo in Deo sunt. Jam vero iste modus non affirmatur esse in Deo, sed negatur et via excellen-
tia corrigitur. Ergo cognitio nostra de Deo vera est, licet inadaequata sit. (b.)

Porro quatenus conceptus nostri e.g. necessitas existen-
di, infinitas etc Deo soli competunt et a qualibet re mundi Deum distinguunt - et non sunt aliis quoque rebus communes - dici possunt „propria“. (c.)

Non autem sunt eo sensu propria, quo Deus ipse seipsum comprehendit, vel quo comprehensores be-
ati Deum immediate intuentur conceptibus propriis eum apprehendentes (Viz de dogm. spec.)



De unitate Dei

Thesis XIV.

Repugnat ens infinitum multiplicari; ergo uni-
cus est Deus.

Arg. 1. - Ens infinitum est illiminatum in sua perfe-
ctione. Atqui si essent duo vel plura infinita, nullum
esset illiminatum. Ergo repugnat ens infinitum
multiplicari.

Probatur minor: Illiminatum ens debet habere
omnem perfectionem possibilem, debetque esse sum-
um. Atqui si essent duo (a fortiori si plura) infinita
unum non contineret perfectionem alterius neque vir-
tualiter, quia neutrum produci potest sed esset a se u-
trumque; neque formaliter, quia sunt distincta; quod si
supponuntur specificè identice duo (plura) infinita
eo ipso perfectio unius non esset perfectio alterius et ubi-
que deesset perfectio alterius ergo nullum contineret
omnem possibilem perfectionem, neque aequivalenter
contineret unum alterum, quia plus valerent duo
aequalia, quam unum; neque eminenter contine-
ret unum alterum, quia essent aequè perfecta infi-

Arch 15.

121

nite. Ergo utrumque esset limitatum, dum simul supponitur illimitatum, quod absurdum est. Ergo infinitum multiplicari nequit. -

Arg. 2. Ens infinitum debet esse omnipotens. Omnipotentis voluntas est adaequata ratio, cur effectus existant. Si essent duo (plura) Infinita, alterum alterius impedire posset voluntatem, et si amice convenire deberent, iam dependeret voluntas unius a voluntate alterius, ergo neutrum esset omnipotens, neutrum infinitum.

Arg. 3. Si infinitum multiplicari potest, existerent necessario Dei numero infinito. Hoc est absurdum. Ergo absurdum est antecedens.

Infinito numero - essent Dei ideo, quia 1) si possent esse 2, 3, 4 etc. nulla ratio indicari potest, cur potius tot et non plures; quod si dicitur casu esse tot (a) et non infinitos (∞) respondemus, verosimilitudinem pro hac casu, cum eadem ratione plures in indefinitum esse possent, esse hanc $V = \frac{a}{\infty} = 0$ i.e. certe hic casus non evenit seu certo non sunt Dei numero " a ". -

Unum ens a se exigitur et sufficit ad reddendam rationem entium ab alio. Ergo pro nullo alio alteriore allegari potest - ergo realitatis eius $V = \frac{1}{1} = 1$ minime - $\frac{1}{\infty}$

Immo 2.) ratio est, cur deberent esse dei numero in-

finiti, si possent esse plures.

Etenim, si essentiae contingentes (e.g. homines) possunt in indefinitum realizari in individuis ita, ut quolibet numero infiniti si possent esse (~~plures~~) ulteriore, -essentia necessaria deberet realizata esse actu in omnibus possibilibus, quia natura divina non esset necessaria, si aliqua individua divina essent tantum possibilia, possent non existere.


Idcirco aut unicus est Deus aut dii numero infini; quilibet numerus intermedius (x) - sine ratione sufficiente, casu tantum attribueretur. Cum infinitos numero deos nemo sanae mentis esse dixerit, restat: Unicum esse Deum.

Quod si obicias catholicam fidem docere, tres esse personas divinas. —

Respondemus: 1.) Utique tres personas, sed non tres naturas perfecte independentes. 2.) Mysterium Trinitatis non sine ratione, tres personas docet; ratio et in duabus processionibus, per intellectum et voluntatem, quibus Sapientia personalis Filius generatur a Patre ingenito et Amor personalis, Spiritus, spiratur a Patre filioque. (Conf. tractatus de Trinitate.)

Errore intellectus humani factum est, ut natura „entis supremi“ conceperetur „universalis“, abstra-

eta, subsistens realiter in pluribus individuis divinis,
quod est polytheismus. Vestigium tamen unitatis ser-
vatum est ab ipsis errantibus polytheistis, dum unum
Deum supremum, "Deum hominumque patrem" ag-
noscebant. }



§ 17

An sint athei possibiles?

Thesis XVII. (De atheismo.)

1. Etsi athei theoretici negativi vel etiam positi-
vi sint possibiles, tamen 2.) homo usum rationis
habens expeditum, citra culpam diutius ignorare
vel negare non potest, existere aliquod Numen supre-
mum a quo omnia pendent.

Praenotiones. Distinguiamus atheos.

1.) practicos, qui vivunt, ac si Deus non esset, juxta
illud Pauli (Philipp. 3, 18) - "multi ambulat... quo-
rum Deus venter est." Tales esse nostris temporibus
multos, "experientia tristis docet."

2. Theoreticos, eosque ¹²⁴ a) negativos, de quibus negatur vel ignoratur, an Deum cognoscant. Si agitur de conceptu vulgari (notitia interpretativa, morali) Dei existentiae, certe integras gentes esse non posse atheos, vidimus argumento ethnologico. Singuli homines possunt esse exceptio firmans legem; possunt esse homines carentes conceptu distincto Deo eg. homines sive in Australia. -

b) positivos, qui cognitionem Dei habitam, deponunt negantes Deum esse. c) - scepticos, qui negant, homines posse scire, utrum Deus sit; quibus accedunt critici, qui de valore argumentorum existentiae Dei dubitant. -

Demonstratio 1^a p. - Atheos negativos, quoad conceptum distinctum posse esse, patet ex origine talis notitiae per auctoritatem et instructionem (Conf. Schol.) Ergo ubi auctoritas parentum, scholae et vitae socialis deficit - deficere potest et deficit haec distincta Dei cognitio. - Positivos atheos theoreticos, qui argumentis certis sibi persuadent, Deum non esse, negamus, quia de eadem re duo contradictoria certo probari non possunt.

Atqui probavimus eum certitudine in hac materia possibili, Deum esse; ergo nemo potest probare eum

eadem certitudine, ¹²⁵ Deum non esse.


Cum tamen huius veritatis evidentia non est immediata, neque argumenta mathematica in re tali sunt possibilia, facile argumenta apparentia conquirere potest ratio, imprimis passionibus instigata, quibus homo innixus a veritate aversus, serio neget Deum esse. Sed:

ad 2.: Natura rationali duce homo talis urgetur diversis occasionibus; imprimis medios inter christianos degens, inquirere de ratione sufficienti sui et mundi, neque quiescet, donec perveniet ab entibus ab alio ad ens a se, uti ostensum est. - Natura in essentialibus non deficit; haec cognitio est homini essentialis Ergo deficere non potest, si mediis opportunis utitur. -

Quodsi ubi ratione renuerit, utpote liber, irrationaliter agit - peccat. Ergo homo ratione utens, atheista theoreticus positivus diu sine culpa esse non potest.

Idem valet de atheis scepticis et criticis. -

Scholion: Rationes apparentes atheistae in materialismo vel pantheismo habent. - Quapropter in sequentibus de utroque systemate monistico nobis agendum est.



6 Materialismu

A. Historický přehled.

Materialismus a pantheismus - píše D. F. Strauss (der alte und neue Glaube str. 211.) - jest antithesí (protikladem) dualismu, rozlišujícího hmotu a ducha, svět a Boha, čas a věčnost; a proto lze oba nadřičené systémy filosofické (materialismus a pantheismus) podřadit pojmu společnému - monismu, čili systému, který z jediného principu vše, co jest a býti může, vykládá.

Materialismus učí, že tento jediný princip veškerosti jest - hmota - materia. - Oba názory jsou v rozporu s pravým pojmem obytnosti (essentia) Božské a tím, aspoň nepřímo jsou to systémy atheistické.

Atheismus (materialistický i pantheistický) jest pozdější theismu. Půvratnost lidská vyžaduje a dokazuje - Boha; dekadence intelektuální a mravní jest podmínkou vzniku atheismu. - To dovedějí i dějiny. Nejstarší doby národů vykazují filosofii v úzkém spojení ba ji stotožňují s náboženstvím (Viz Hesioda.)

U Římanů se objevuje materialismus kolem n. 370. př. Kr. U Indií toliko mezi vedlejšími systémy se objevuje, dle nichž čtvero prvků: země, voda, vzduch a oheň tvoří veskerenstvo. - U Řeků začíná materialismus lepve s Leopipem a Demokritem (nar. okolo n. 460. př. Kr.); dle něho jsou homotné atomy principem veskerenstva. Od něho převzal materialismus Epikurus (341. p. K.), aby ušel strachu před bohy; dle něho „περί γαστέρας τὸ ἀγαθόν ἐστίν.“ (Conf. Phil. „quomodo deus venter est.“) V Římě napsal T. Lucretius Carus (95 p. K.) veršem dílo „sex libri de rerum natura“, jímžto materialismus, eo signaturu úpadku kultury řícko-římské, velice rozšířil.

Sadduceismus, gnosticismus, manicheismus - v dualisticko pantheistické formě materialismus přijímá, ducha tělu za obět přináší, aby v klidu rozkoši tělesné úplně se oddal.

Ve středověku nalezáme stoupence tohoto směru v „bratřích a sestřích svobodného ducha“ pod různými jmény. Toba nová spojuje materialismus s pokrokem věd empirických, ovšem ne „per se“ ale „per accidens“, t. j. svou povrchnosti a vášni. (Empirismus, jehož reprezentanti jsou: Hobbes, Locke, Condillac, Hume, J. B. Mill, Aug. Comte.)

V Anglii upravil materialismu cestu Hobbes (nar. 1588), vykládá v kosmologii vše mechanikou, v psychologii sensualismem, oddán jsa v theologii skepticismu. -

Locke (nar. 1632.) spojil sensualismus s náboženským naturalismem (negace řádu nadpřirozeného); jemu dlužno přičísti rozhodující vliv na Voltara a Encyklopedisty francouzské.

Ve Francii se anglické směry ujal v 18. století zejména mezi šlechtou a filozofy (aristokraty ducha) ve formě materialismu salonního. Nepřímo ubíjel výstřední supernaturalismus (cognitio religiosa omnis non nisi per fidem supernaturalem) náboženství přirozené, co podklad nadpřirozeného, a naturalismus anglický ubíh tím snadněji supernaturalismus pravý - čímž připravil půdu materialismu. - De la Mettrie (1709-51) „histoire naturelle de l'homme“, a Helvetius (1715-71) „de l'homme“ odmítají náiknutí z bezbožectví - jak činí materialisté až po dnes. Holbach (1723-1789) napsal dílem „systeme de la nature“ bibli materialismu. Heine (1799-1856.) zastupuje materialismus, co básník, v Německu.

V Německu (st. 19.) otcem moderního materialismu jest Feuerbach (1804-72). Jovaha a tendence moderního materialismu a jeho logická souvislost s protestantismem, liberalismem a socialismem - má ve Feuerbachovi svůj osobení výraz. - Jovahou materialismu jest podvrácení všeho, co nadpřirozeného a nadsmyslného je v náboženství a ve filosofii; nejdůležitějším

129

Fuerbachovi bylo „die Vermenschlichung der Religion.“
V tomto díle se považuje za dokonatěle díla Luterova,
protestantismus nazývá prvním krokem der Vermenschlichung der Religion“ (X.114) Materialismus jest de
Fuerbacha vlastním synem Luterovým („der unmittelbare, leibliche Lohn Luthers.“) (X.119.)

Co konsequentní výsledek zásad položených protestantismem a jasně formulovaných liberalismem, stal se materialismus Feuerbachův filosofií moderního socialismu. (Aug. Comte - Cours de philos. positive 3. ed. Paris 1869 v. p. 231, 378, IV 18, 56, I. 40)

Marx a Engels jsou stoupani Feuerbachovi. Doplňují jeho systém pozdější teorií evoluce, stali se učiteli filosofického socialismu (vědeckého) v Německu (Viz Stimmen von Maria Laach 1891 - die Philosophie des wissenschaftlichen Socialismus.

Aug. Comte ve Francii dochází ve svém pozitivismu k týmž závěrům, jako Feuerbach v Německu.

Z přírodovědeckého stanoviska zastávali materialismus E. Vogt (nar. 1817.) jmenovitě nejznámějším svým dílem: Höhlenglaube und Wissenschaft (1854.) K rozšíření materialismu v nejširších vrstvách lidí nejvíce přispěli: Jakub Moleschott (nar. 1822) hlavním svým dílem „Kreislauf des Lebens“, v němž zastává samovol-

130
né plování (generatio *aequivoca*) a popírá zásadu,
nyní Pasteurem nad veškerou pochybnost povýšenou
-omne ovum ex ovo. S ním souhlasil Ludvík Büchner
(nar. 1824) v díle: „Kraft und Stoff“ Oba s Haecklem,
co tím, mohou být považováni za přední šířitele
materialismu literaturou belletristickou a prostonárod-
ní. Účinek pak extensivní na lid dlužno připsat formě
těchto děl, která svým obsahem přišla smysluplným váš-
ním vstříe. (Viz Wigandt Darwinismus II. und Fesch
Weltkrätsel II. band, Seite 118 ff.)

Povrchní nevědeckost vyčítali tímto apoštolům ma-
terialismu i samu vážnější stoupenec tohoto názoru.
Vydání a z počátku zdánlivě nezlomné podpory do-
stalo se materialismu od E. Häckla (nar. 1834) důsled-
ným provedením theorie evoluce Darwinovy.

Hlavnější díla jeho jsou: Generelle Morphologie
(1866.) Natürliche Schöpfungsgeschichte (8 vyd. 1899), Antro-
pogenie, Freie Wissenschaft in freie Lehre - a j.

Správným jest jeho náhled, že k dosažení jednotné-
ho a pravdivého světového názoru je nezbytno, aby em-
pirické vědy přírodní a filosofie se vzájemně podpоро-
valy a doplňovaly; jen že pod jménem „filosofie“ vyro-
zumoval toliko své ontogeneticko-phylogenetické the-
orie; Virchow-a, Du-Bois-Reymunda a j. domníval

se, je umlčí svou alternativou: „Entweder Annahme eines blinden Schöpfungs und Wunderglaubens oder phylogenetischer Entwicklungslehre und Ursprung.“

 pia: I^{um} dogma identitatis universalis (ἐν τῷ ὄντι καὶ
 τῷ εἶναι) iuxta Eleaticos, die All-Eins - Lehre iuxta Germa-
 nos) Unicum est esse, unica substantia absoluta, aeter-
 na, necessaria quacum quoad realitatem et intimam
 essentiam identificatur quacumque apparent esse dis-
 tincta et multa. -

Si quaeritur, quid sit hoc unum, respondent 1.) uni-
versalissimum atque indeterminatissimum 2.) ideoque
 est, absolutum, quatenus nulli alteri subjecto inest, neque

ab ullo ente dependet „ quippe quod „ solutum est ab „ om-
nibus determinationibus sibi inhaerentibus. 3) est „ infini-
tum, quatenus commune omnibus, nullam habet de-
terminationem, sed in potentia logica est ad omnia.

II^{um} principium est dogma evolutionis (Entwickelungslehre).

Si quaeritur, quid de pluralitate rerum dicendum sit, unde oriatur, respondent, evolutione s. activitate huius unius entis. Haec activitas aut 1.) transiens cogitatur et habetur per emanationem pantheismus emana-
sticus, in quo habetur magis identitas et unitas natu-
rae, quam substantiae, quae multiplicatur. - aut 2.) im-
manens et habetur pantheismus immanens. Hic iterum subdistinguitur a) in pantheismum idealem, in quo, negata reali existentia mundi exterioris etiam mere phaenomenalis, habetur evolutio, mere idealis mentis cogitantis b) in pantheismum realem, in quo agnita reali existentia, licet mere phaenomenali mundi habetur evolutio immanens non solum idealis mentis et subjecti cogitantis, sed etiam realis s. naturae et objecti cogitanti. -

III Quaerenti de lege et modo huius evolutionis, respondent: Evolutionis „ indeterminatissimi „ sed 1.) inbus-
sua necessitate, sive indefinita in totam rem in mare

katem et multitudinem, sive mere subjective-idealem si-
ve etiam objective-realem (vide supra II. 2, a), b). - 2.) motus,
quo evolutio fit describitur a.) per oppositionem relativam,
quatenus absolutum induit relationem ad seipsum et in hac
oppositione, veluti scissione facta, ponit se ut alterum a sei-
pso et sic evadit alterum a seipso et multiplex; ita se multis
motis limitat et determinat per semetipsum; b.) ita infinita re-
alitas, in sinu absoluti aeternaliter inclusa, successive a for-
mis indeterminatis ad magis determinatas progrediens, post
infinitam seriem in destinationem et varietatem evolvitur.

1. Corollarium.

Ex dictis derivant pantheistae duplicem rerum aspectum:

a.) absolutum, sub quo omnes res sunt unum et idem
numerice, necessarium et immutabile (infinitum); omnes
determinationes evanescent; Hic aspectus et apprehensio
est propria intuitus rationis purae (razioni čistého rozu-
mání.)

b.) relativum, sub quo res sunt multae, contingentes et
mutabiles (finitae). Haec apprehensio est propria sensu-
um et intellectus. - Verstand (rozum, intellectus) et Vernunft
(um, ratio)

2. Corollarium

Ex his principiis dogmaticis pantheistarum sequitur

eorum conceptus Dei. Pervertitur conceptus Absoluti (entis a se) et Infiniti, quia posteriori formantur ex rebus relativis et finitis triplici via: affirmatione (perfectionis), negatione (imperfectiois) et excellenciae (confer Theos. XIII.). Pantheistae enim confundunt ens abstractum, indeterminatum (das pure, bare Sein - Hegel) in ordine logico cum plenitudine entis realissimi in ordine ontologico (v. n.). -

Haec duo autem maxime differunt: a) origine in mente nostra per argumentationem a posteriori, uti modo (2. Coroll.) dictum est, quoad Deum absolutum et infinitum actum purum; per abstractionem, quoad ens universalissimum ideoque indeterminatissimum pantheistarum; b) extensione - est Deus, unicus - extensio = 1; ens abstractum (esse, Sein, byti) comprehendit omnia, quae sunt et esse possunt, analogice ipsum Deum; c) comprehensione - Deus enim est plenitudo perfectionis realis; ens abstractum habet unicam notam scilicet „esse extra nihil“.

Quapropter „Deus“ pantheistarum secundum se i. e. prout est totalitas rerum, est ens penitus potentiale et impersonale, quod non aliter actu existit, nisi secundum quod ipsum in rebus finitis determinatur et individuat, evaditque personale, quatenus in ratione humana ad conscientiam sui emergit. - (Conf. Jan. Cosmol.). -

B. Conspectus historicus pantheismiI. Apud veteres in Oriente et Occidente.

Diversa systemata pantheismi, prout in historia occurrunt, religioni populorum, uti sublimior gnosis et doctrina „esoterica“ et mystica paucorum, „scientium“ opponitur.

1. Ita iam penes Indos latissime diffusa religio Brahmanica pantheismum magis ut mysticismum, quam doctrinam philosophicam in libris Vedanticis continet. Summa huius doctrinae est: Brahma est omnia et omnia sunt Brahma; quidquid Brahma non est, est somnium et illusio (mayā); — Attamen vetustissimos libros Vedanticos theismum, non raro monotheismum continere, affirmant eruditi. (Conf. Chr. Pesch der Gottesbegriff etc. pag. 11. Stimmen v. Maria Laach 41-42; und Dahlmann - Kirchenges. „Pantheismus.“) —

2.) Graecorum philosophi a) scholae eleaticae (510-430 a Chr.) Anaxagoras, Parmenides et Zeno pantheismum idealem sequuntur. Tum ex conceptu „entis“ tum ex asserta impossibilitate verae affectionis sive creativae sive transformativae deducunt, unum tantum vigere Esse in omnibus identicum; quid praeter hoc esse apparet in rebus multiplex, est Non-Esse, est illusio sensuum, esse varios aspectus finitos unius, eiusdemque Esse. — Ita enim Zeno: Quidquid existit, est esse; esse vero est unum; ergo omnia sunt u-

num; - Et dum hoc Esse dicit identicum resum contradictorium, progressus est ad dogma pantheismi modernorum se. evolutionis phaenomenalis τοῦ Esse in pluralitatem rerum.

b.) schola ionica (Heraclitus, Thales, Empedocles) docet pantheismum realem cosmogonicum. Etiam iuxta Heraclitum resu et identificatione contradictoriorum regitur processus mundanus, ut unum omnia fieri et omnia unum esse possint - Tum Eleatae unum ens in omnibus identicum immobile esse tradunt, docet e contrario Heraclitus τὸ ἄρτα ᾧ εἶ, sub influxu entis divini, quod ignem esse dicebat, qui in humana anima furus conservatur, materia vero omnem animam = (hylozoismus). -

Stoicorum schola (sequitur) - 308 a. Ch. fundata a Zenone Thyatyonensi) hylozoisticum cum hoc discrimine, quod ens divinum, uti intelligentiam fines rerum mundanarum statuentem ponunt. Mundus est ingens animal; Deus est anima mundi; quae evolutione necessaria materiam sibi inseparabiliter adiunctam in varietatem rerum vertit

d.) Neoplatonicorum schola (auctore Platino, continuante Porphyrio, Iamblichoe et Proclo) docebat syncretismum quendam ex elementis philosophiae graecae (Platonis) orientalis, nec non seclarum inter christianos et Iudaeos (Habbola) emanationismo faventium; erat pantheismus idealis et semi-mysticus. -

Scholion:

Observandum tamen est antiquissimos graecorum philosophos, qui suas doctrinas ab Orientalibus (Indis, Babyloniis et imprimis Aegyptiis) hauserant, neque ac istos eorum magistros, divinitatem a mundo distinctam mentisque sua illum formantem satis innuebant terramque non esse centrum mundi, sed $\sigma\epsilon\pi\iota\ \tau\omicron\ \tau\omicron\upsilon\ \kappa\omicron\sigma\mu\omicron\upsilon\ \mu\acute{\epsilon}\gamma\omicron\upsilon\ \epsilon\iota\sigma\tau\omicron\mu\omicron\gamma\iota$ (Anaximandrius 547. a Ch.) Systema geocentricum Ptolomaeum posterius est. (Conf. von Thimus, „die harmonische Symbolik des Albertus“ Köln 1876.) -

II. Pantheismus medii aevi:

refert. gnosticas et mysticas transformationes religionum monotheisticarum, Christianae, indicae et Mohammedanicae Arabum.

1. Ex religione christiana prodierunt duae formae pantheismicae) gnostico-haeretica, quae inde a Simone Mago per totam historiam ecclesiasticam serpsit usque ad reformationem, paganismum sub forma christiana retinere studens.

2) mystico-philosophica - filiationem adoptivam hominis ($\delta\acute{\epsilon}\omega\sigma\iota\nu, \upsilon\iota\omicron\delta\epsilon\sigma\iota\delta\epsilon\upsilon$, Vergottung a mysticis germanis dictam) exaggerantes. (Conf. Dogmaticam) Occasionem praebuerunt scripta Dionysii Areopagitae, ex quibus haurebat Plotus Erigena (+ 883), a quo dependent Amalricus Carnutensis (Charles) (+ 1209 et David a Dinanto. -

Scotus Erigena (de divisione naturae), „nihilum“ illud, ex quo creata sunt omnia, dicit esse naturam divinam, quatenus nondum erat determinata in rerum multitudine, res vero, quatenus „creatae“ sunt, esse totidem determinationes ipsius naturae divinae - Deus est omne id, quod vere est, ipsumque fieri in omnibus. -

Similiter David a Dinanto (conf. S. Thomas Summus p. 1. q. 3. a 8.) docet Deum esse omnia et vocari „ἕλη“, materia, respectu corporum, „νοῦς“, mens, respectu animarum, „Deus“, respectu intelligentiarum separatarum (purorum spirituum.)

Nicolaus Cusanus (1401-1464), vir doctissimus, e scriptis Erigenae et mysticorum germanorum (Meister Eckhart) hauriens, docet „Deum esse complicationem omnium“, „actum omnium“ etc. ita, ut ^{inter}pantheismum mediæ aevi et recentioris aetatis intermedium haberi possit.

2.) Quae religio indica prodit sub influentia gnosticis pagano-orientalis, Kabbala, doctrina arcana Salmudismo rabbinorum opposita. Sub influentia Kabbalae non solum sectae gnosticae mediæ aevi erant, sed etiam moderni „illuminati“, „liberi murarii“ (Freimaurer = svobodní zednáři, Freidenker = svobodní myšlenkarii) et eodem fonte nutriuntur. (de lib. murat. magnum eorum Mag. J. Pike (+ 1891), Morals and Dogma etc. lectis est.)

A Mohamenedismo ortus est pantheismus „Infismus“ dicitur. Est secta arcana gnostico-mystica, quae in Persia et India unionem quandam diversarum religionum quaerebat. —

III. Pantheismus modernus. *)

1) Stadium praeivum.

Orto protestantismo, qui in theoria, de iustificazione et fide etiam elementa mystico-pantheistica includit, pantheismum reuscitavit, namque pantheismo moderno straverunt Giordano Bruno (1548-1600) Italus et Jacobus Böhme (+ 1642), Germanus. — Isle abutens principis „et nihilo fit nihil“ docebat, divinam naturam, nihil solam aeternam, esse primordialem abyssum (Urgrund; Abgrund), et quo totus mundus processu evolutionis necessariae prodit.

Maioris momenti sunt, quae Giordano Bruno et pantheismo Graecorum et Stoicis et Neoplatonicis hauriens, nec non Nic. Cusanum pantheistice explicans, modernis ipsis Schelling et Hegel, tradidit — docet enim:

*) Radices pantheismi moderni sunt rationalismus et materialismus, revelationi uterque infensissimus.

dum rationalismus rationem autonomam unicam veri bonique normam esse statuat, logica necessitate humanam rationem absolutam esse rationem divinam dicere debet.

1.) Unum est omnium rerum esse, substantia unica universalis ^{infinita} immutabilis, identitas omnium contrariorum indifferentia omnium differentium atque unitas omnium multorum et diversorum." (Conf. "Identitätsphilosophie Hegelii");

2.) In hac absoluta unitate distinguenda sunt:

a.) infinita potentiabilitas = potentia potentiarium indistincte in se continens omnes differentias posibles; (immutabilis materia mundi);

b.) infinita actualitas = forma formarum continens in se involute totam diversitatem formarum (immutabilis forma mundi = anima mundi et intellectus universalis in omnibus vivens et operans.)

3.) Processu evolutionis necessario substantia unica se dividit in materiam extensam, corporea; et inextensam, spiritualem, quae ulterius evolvuntur. (Giordano Bruno, De la causa, principio et uno. - Et Wagner, Lipsiae 1830.)

Pantheismus Spinosae.

Baruch Spinoza + 1677 Amsterdam post repudiatum Iudaismum nullam religionem professus, habetur iure merito pantheismi moderni, ad formam scientificam redacti, proximus praecursor et parens. "Methodo geometrica,"

ut ipse aiebat, systema suum probare aggressus, incipit ab hac definitione substantiae:

"Per substantiam intelligo id, quod in se est et per se concipitur, h. e. id, cuius conceptus non indiget conceptu alterius, a quo formari debeat.

Spinosae praeverat Cartesius (Descartes 1596-1650), qui in suo opere "Principia philosoph. I. n. 51. fere aei verbum eandem tradit substantiae definitionem docens

"Per substantiam nihil aliud intelligere possumus, quam rem, quae ita existit, ut nulla alio re indigeat ad existendum." -

Soli Deo competere hanc definitionem discrete h. e. monet, substantiam creatam definiens: res, quae solius concursu Dei indiget ad existendum. - Unde recte concludit conceptum substantiae in rebus creatis non univoce convenire cum Deo, sed et spiritum et corpus posse subsumi sub hac definitione substantiae. -

Porro accedente ejusdem Cartesii principio altero h. e. "Et nihil fit nihil," sequitur logice et utraque haec praemissa deductio et hoc, quod Cartesius docebat essentiam spiritus esse cogitationem, essentiam corporis esse extensionem. Cogitatio vero et extensio sunt accidentia. Ergo parabat via

conclusioni - res omnes sunt accidentia (determinationes) unius substantiae proprie dictae, Dei. - Insuper occasionalismus Guilinet et Hobbes philosophiae Cartesianae inimici, tandem struxit pantheismo moderno hac conclusionem: Si Deus facit omnia (uti occasionalismus docet) et res mundanae nihil faciunt, Deus quoque est omnia et res mundanae in se nihil sunt. - Tantum abest, ut Cartesianum dicamus pantheistam, ut etiam christianum fidelem habeamus. Atamen semina pantheismi iecit, quae in Spinosae systemate putularunt.

Et definitione enim substantiae tradita independentia a subjecto inhaerentis convertitur cum independentia a causa efficiente, omnemque rem effectum esse accidens causae ipsam producentis. -

Haec exorsus prosequitur Spinosae systema suum tradens:

1) Unica tantum est substantia, sc. divina, quae est aeterna et infinita, omnia praeter eam sunt eius affectiones seu modi.

2) Absoluta substantia infinitis constat attributis, quae in suo genere sunt infinita atque cum substantia prorsus identica.

3) Et his infinitis Dei attributis cognoscimus solummodo duo: absolutam cogitationem et absol. extensionem, quia percipimus singularia tantum, quae sunt vel corpora vel cogitationes illa sunt determinati modi absolutae extensionis, haec absolutae cogitationis. -

4) Et utroque attributo evoluntur processu necessario et infinito modi in duplici rerum ordine materiali et

spirituali ita, ut omni modo extensionis respondeat aliquis
modus cogitationis, hi moti et ipsi ulterius voluntur
et opponuntur uti „natura naturata“ Deo, divinisque attribu-
tis uti „naturae naturanti“. Evolutio haec et parte naturae
naturantis (Dei) aeterna est et immobilis tota simul; et parte
naturae naturatae est quidem sempiterna, temporaria tamen
atque mobilis - Modus finitus procedit a modo finito serie
infinita, ita ut non perveniat ad primum. Et attributo
divino infinito non procedit modus finitus, nisi, quatenus
illud finite determinatur (!) - (Notetur eadem difficultas
causalitatis entis infiniti immutabilis, causantis modum
finitum, quam obiciunt monistae contra creationis concep-
tum. -)

5.) Hinc Deus sicut necessario est, quidquid est, ita quoque
necessario operatur, quidquid operatur. Libertas Dei est sola
immunitas a coactione minime ab intrinseca necessitate.
Causae secundae in operando etiam coactae sunt, cum aliun-
de et tandem a Deo determinantur; de libertate sermo esse
nequit. -

6.) Unde sequitur a) finalitatem (teleologiam) in mundo non
esse, cum Deus propter fines non operatur; b) neque ullum
discrimen inter bonum et malum morale, quod praeju-
diciis hominum introductum et educatione servatum esse
dicit. -

7.) Sicut substantia divina et eius attributa extensionis et cogitationis una eademque est res, ita quoque quilibet modus extensionis et idea illius modi una eademque est res e.g. circulus et idea circuli sunt tantummodo duo diversi aspectus ejusdem rei. —

Unde omnia corpora animata sunt anima intelligenti (cognitione, idea) gradibus diversis; absoluta cogitatio est anima totius mundi. —

2.) Pantheismus transcendentalis

Germanorum et praecipue Giordano Bruno et Spinosae sub influentia criticismi Kantiani ortus est. — Spinosae scripta, et parte posthuma, faventibus Lessing, Herder, Goethe, Schleimacher et a., centum annis post mortem auctoris (sub finem saec. XVIII.) pantheismo idealistico-hylozoico materiam subministrarunt.

Emmanuel Kant (1724—1804) monismi pantheistice minime sectator, sed sua „Kritik der reinen Vernunft“ praecursor erat, viamque pantheismo transcendentali stravit. —

Summa principia „crises rationis purae“ sunt:

1, In omni cognitione distinguenda sunt duo: scilicet materia et eius forma. Materia cognitionis subministratur menti a posteriori per sensationem; forma cognitionis est a priori data in ipsa indole mentis, quae tripticem facultatem cognosci-

tivam exhibet: intuitionis sensitivae purae (Anschauungsvermögen), quare habet formas duas spatii, scilicet et temporis, quibus omnino sensitiva percipit; 2.) facultatem intellectus (Verstand, no-
gum), qui habet quatuor formas quantitatem (unitas, pluralitas et totalitas), qualitatem (realitas s. affirmatio, negatio et limitatio [indefinitum]), relatio (substantia - accidens, causa - effectus, actio - passio), et modalitas (possibilitas - impossibilitas, existentia - non existentia, necessitas - contingencia); 3.) facultatem rationis (Vernunft, um), cui inest forma a priori sc. absoluti sive inconditionati. Per eam mens necessario omnino, quae experientia sive externa ei obiciuntur, tanquam conditionata cum suis conditionibus ratiocinii (principio causalitatis) necit. Processus iste est legitimus, quamdiu mens intra limites experientiae manet. At in haec serie mens a cognitionato ad conditionem transiens, nunquam pervenit ad primam conditionem non amplius conditionatam.

Ratio transcendens limites experientiae concludit illegitime per metaphisicis eis λόγο πρώτος a.) existere causam aliquam, sc. Deum, qui non pendet a causa aliqua ulteriori (absolutum, inconditionatum); b.) existere subiectum aliquod actionum nostrorum, sc. animam, quod non inhaereat alteri subiecto, ideoque sit substantia; c.) existere totalitatem aliquam sc. mundum, quae non sit pars alienius lo-

totalitatis.

2.) Ex dictis de facultate intuitiva sensus et facultate intellectus sequitur, res experientiae subiectae non cognosci prout sunt in se („Ding an sich“), sed prout subiectiva constitutione facultatum nobis apparent. Quod expressit Kant docendo, a nobis cognosci vobis vera sed genero vera.

Similiter conclusiones rationis theoreticae omni valore objetivo destituuntur, quod Kant oppositis antithesibus contra thesibus de Deo, anima et mundo ostendere conatur (Antinomiae.) — Quapropter haec formae absoluti: anima, mundus et Deus dicendae sunt „ideae“ h. e. idealia quocumque rationis purae, quia nulla efficiaci demonstratione ratio earum valorem objective probare potest.

Haec theoria statuta via patet Pantheismo transcendentali moderno generosim inspecto. Et re quidem vera, qui Kantum continuarunt, Fichte, Schelling, et Hegel, cui rem crisi Kantiana extra omne dubium positam, absolutum existere in rebus esse a) propositionem scientificam non demonstrabilem, b) sed neque ulla pro demonstratione indigentem, quia objectiva realitas absoluti, quod unum idemque sit ac absoluta causa, absolutum subiectum et abs. totalitas rerum omnium, esse veritatem immediatae intuitionis. Quod dogma experientiae

‡ omnem transcendens et primus, formans principium logicum,
— a quo moderni pantheistae progrediuntur, pantheis-
mo transcendentali nomen dedit.

Egoismus transcendentalis — statuitur per J. G. Fichte
de (1762-1814) deductione logica et iis, quae supra sub h.) do-
cet Kant. Si enim formae nostrae cognitionis datae sunt
a priori a subjecto cogitante non apparet ratio, cur etiam
materia ab eodem dimanare non possit. — Kant non
negavit objectivam realitatem materiae sed ignotum
illud nobis esse prout est in se (νοούμενον, Ding an sich).
Fichte solus hoc ignotum illud docens, omnem realitatem
contineri in ego cogitante; quaecumque proinde appre-
henduntur, cui distincta a ego cogitante, haec non esse nisi
phaenomena producta a ego cogitante, quae subsi-
stentiam non habent, nisi in ego cogitante. (Fichte,
Grundlage gesunder Wissenschaftslehre, I. Ph §.1)

h.) Schelling (1775-1854) — invenire visus est naturae ab
subjecto cogitante absorptae docens, ens absolutum habere
duos apparendi modos (Erscheinungsweisen), idealistico-sub-
jectivum unum et realistico-objectivum alterum. —

Ipsum absolutum proprie dictum esse absolutam identi-
ditatem seu totalem indifferentiam subjectivi et objectivi (sub-
jecti cognoscens et objecti) cognoscibilis, indifferentiam
omnium differentium. Hinc eius systema appellatum est

„Identitätsphilosophie von Natur und Geist,“ vel etiam „Idealismus objektions.“ G. fr. W.

3.) Hegel (1770-1831) principium identitatis absolute a Schelling, uti evidens suppositum, demonstrare aggreditur methodo, quam vocat dialecticam. Eius systema dictum est Pantheismus loquens, quia a) Absolutum ponitur esse notio mentis indeterminatissima („das leere, reine Sein“); b) processu logico ostendere conatur, quomodo idea abstractissima et indeterminatissima eorū esse per continuam repetitionem schematis a Fichte recepti: thesis, antithesis et synthesis, evolutio fiat a non esse ad esse, a non esse tale ad esse talis determinationis, ad esse alterius determinationis (Entwicklungslehre). — Absolutum est identitas eorū esse et eorū non esse, = identitas omnium determinationum contradictoris oppositarum, identitas positionum et contrapositionum. —

Deus est eō fieri universale rerum. —

Ex dictis apparet Fichte, Schelling et Hegel, uti principes pantheismi idealistici, in eo convenire, quod primum principium ponunt esse aliquid in conceptu nostro abstractissimum. Fichte hoc abstractum dicit esse subjectum cognoscens (Ich-heit, ipsitas), Schelling, esse identitatem (unitatem) subjecti cognoscentis et objecti cognoscibilis; Hegel, esse ideam abstractissimam, „das reine Sein, als solches“, ens ut sit. —

Scholion:

1.) Krause (1781-1892) sequitur Schelling; retinere volens existentiam Dei pantheismum, uti ait ipse, statuit Deus et mundus una est (substantia) essentia; Deus est haec essentia tota, mundus non tota.

Arthur Schopenhauer (1788-1860) substituit द्वैतवैतन्यं (ding, om sich), nobis juxta Kant prorsus ignoto, voluntatem caecam s. inconsciam, uti subiectum et substantiam omnium phaenomenorum mundi, quae non nisi pro nobis volentibus et mundum nobis representantibus aliquem valorem objectivum habet („die Welt als Wille u. Vorhaltung“). „der Wille als Ding an sich ist Eines; seine Erscheinungen in Raum und in der Zeit, aber sind unzählige.“ - Voluntas in cerebro objectiva fit conscia sui et necessario misera. Haec vitae miseria aliquo modo ascesi liberamur, imprimis modo Buddhistarum, Nirvana appetentium. Pantheismus Schopenhauer-i voluntatem essentialiter miseram substantiam omnium rerum esse ponens, jure merito - Pantheismum est obiectus. Philosophia haec, uti theoria accomodatur praepi vitae modernae, - quae satuari bonis temporalibus, dum non potest, desperans suicidio - quietem mortis quaerit. - Reicela veritate de Deo personali actu intelligendi et tollendi purissimo, cujus voluntas creans, praesentibus

idcirco divinis exemplaribus rerum — est causa mundi, re-
currit Schopenhauer ad voluntatem humanam, quorum aequè
substituit Divinae ac idealistae Fichte-Schelling et Hegel ra-
tionem humanam. Primus hanc ideam homini suggestit Sa-
lan verbis: Erstis sicut Deus! Gen. III. —

3.) Ansd Schopenhauer voluntati inconsciae tribuit, ut sit
principium rerum, hoc Ed. v. Harlmann. (Philosophie des Unbe-
wusstén). inconscio = dem Unbewußten h. e. voluntati et cognitio-
ni identificatae tribuendum esse docet. —

Panthismus refellitur.

Thesis IX.

Panthismus I. non est evidens in se, neque I. argumentis pro-
batur; sed III. est certo falsus, immo II. theoretice et practice ab-
surdus.

Demonstratio:

1. p. Evidentia nobis sunt 1.) facta immediatae conscientiae sive
ordinis sensitivi sive rationalis 2.) veritates (principia) et imme-
diatae comparatione subjecti et praedicati mentis innotescentes.

Atqui quoad 1.): conscientia nobis testatur factum primum
propriae existentiae tot' ego et identitatem (unitatem) subjecti
ego in omnibus actionibus et passionibus vitae sensitivae et

L. arch. d. n. v. m.

rationalis. Testatur vero eadem conscientia simul distinctionem realem cō ego a cū non ego (cosmo) et determinationem passivam in experiendis factis cujuseunque ordinis; — ideo gratis supponitur identitas realis subjecti cō ego cum terminis affectionum et determinationum extra nos seu cum cosmo.

Ord. 2. Propositio pantheistarum; „Res omnes sunt aliquid realiter unum in essendo“ — esset veritas evidens in se, quatenus conscientia (rēdomi) notis referret, nos percipere in omnibus rebus aliquid unum atque idem non solum logice atque in representando, sed etiam ontologice (realiter) atque in essendo. Aliqui conscientia refert quidem in omnibus unitatem entis abstracti seu logice et in representando simul vero pluralitatem entium in concreto consideratorum ideoque nullam unitatem realem in essendo. Ergo propositio illa pantheistarum certe evidens in se non est. — Ita dicimus et apprehendimus Petrus et Paulus sunt duo entia.

Notissima est res de universalibus controversia, in qua realismus exaggeratus, a pantheistis adoptatus, communiter falsus, certe non evidens in se habebatur; neque enim tot controversiis fuisset locus. (Confer theses de „universalibus“ et con-

fusionem pantheistarum entis abstractissimi s. ideae univer-
satis, ens' cum Ente absoluto s. plenitudine entis Infiniti.) —

Demonstratio II. p.

Argumenta pantheistarum reduci possunt ad tres classes
1.^a et perverso conceptu Infiniti — 2.^a et conceptu creationis, quem
dicunt absurdum — 3.^a et definitione substantiae (Spinoza)

Ad. 1. ita arguitur: 1.) Ens infinitum comprehendit omnem rea-
litatem. Ergo nullum aliud ens est proter ipsum possibile.
Ergo unicum est.

Resp: Ens infinitum comprehendit omnem realitatem sive for-
maliter sive virtualiter sive eminenter; omnem realitatem in-
finitam continet formaliter; finitam virtualiter et emi-
nenter.

2.) Quodsi instans aduersarii ita:

Ens infinitum est ipsum esse; rō esse complectitur seu
formaliter inest omnibus. Ergo ens infinitum formaliter com-
prehendit omnem omnino realitatem.

Resp: Ens infinitum est ens a se, realissimum, plenitudo en-
tis, minimo vero ens abstractissimum logice sub se, nli ens
universalissimum, comprehendens omnia, quae sunt vel esse
possunt. — Ens abstractum indeterminatum (obis pure, heere
Seim) in ordine logico confunditur cum plenitudine Entis rea-

lissimi in ordine ontologico, quae duo differunt essentialiter

a.) origine in mente nostra per abstractionem unum (ens logicum abstractum „pures Sein“) — per argumentationem a posteriori, ope principii consilientiae (rationis sufficientis) alterum b.) extensione — est Deus unicus (= 1); ens abstractum omnia comprehendit, quae sunt et esse possunt, analogice etiam Deus. —

c.) comprehensione — Deus plenitudo realis perfectionis; ens abstractum — unicam notam „esse contra nihilum“ exhibet.

3.) Instantibus iterum sic:

Si ens infinitum non est esse formale omnium rerum — potest esse aliquid ipso majus, scilicet Deus + mundus. Ergo ens infinitum non esset infinitum.

Resp: Deus plus mundus non est aliquid majus quoad valorem perfectionum, sed quo ad tantum numerum perfectionum analogicarum habendum omnem perfectionem essentiae et existentiae a Deo infinito.

Ord. 2.) Et conceptu creationis obiciunt Spencers et alii:

Conceptus creationis repugnat 1.) in se, quia „ex nihilo fit nihil“ 2.) repugnat enti absoluto esse causam mundi temporanei, quia ens absolutum nequit; creatio dicit autem: mundum coepisse ideoque coepisse causam eius Deum esse causantem, seu Deum mutari, quod repugnat.

Resp: Tò nihil non est materialiter, et quia putandum esset, mun-

num esse creatum, sed indicatur transitus a non esse ad esse, et quidem a \bar{e} non esse vel nihilo substantiare. —

Repugnat causam finitam, nulla praesistente materia, posse efficere quidquam; de ea valet, „ex nihilo fit nihil.“

Attamen de causa infinita, Deo probamus factum, eum esse causam efficientem ipsius suae substantiae de modo, quo id fiat, obscuritatem. — (Confer primum dictum.)

Ergo respondetur ad 2.), Absolutum ens (infinite) non posse transire a potentia creandi ad actum creandi ita; Entitative seu formaliter est creatio actus immanens intellectus et voluntatis divinae; virtualiter debet dici transiens, quatenus omnis mutatio in solo semine (mundo) et non in causa infinita (Deo) habetur. (Confer loc. cit. primum. sq.)

In his habetur solutio objectionis: Deum nihil habere in vivo commune cum mundo; causam vero debere praetercontineri effectum, ideoque in aliqua perfectione convenire cum effectu.

Resp: causam non debere semper formaliter continere suum effectum, sed sufficit, ut eum praetercontineat virtualiter, uti jam saepe applicatum est. —

Ad 3. Et conceptu substantiae ita arguit Spinoza:

„Substantia est, quod per se est et per se concipitur.“ Atque id nequit esse, nisi unum illudque infinitum. Quod unum est substantia saepe infinita.

Resp: Distinguo majorem Substantia est ens per se, i. e. ens, quod non subsistit in alio - concedimus; substantia est per se i. e. ens a se - Subdistinguo substantia infinita - concedo; substantia finita - nego.

Similiter, Substantia per se concipitur - Distinguo h. e. eo, quod non concipitur cum relatione ad subjectum, in quo sit - concedo; eo quod non concipitur in relatione ad causam - subdistinguo: substantia infinita - concedo; substantia finita subdistinguo; spectata ratione (postulatu) substantiae, qua talis, transmitto; spectata ratione finitatis, qua talis - nego. -

Demonstratio III. p.

Pantheismus opponitur contradictorie vel contrarie veritatibus toti generi humano ita propriis et ita certis, ut de iis dubitatio praevalere non possit, non obstantibus motis et rebus et recentioribus pantheistis. Haec veritates sunt: Duae ex ordine ideologico: Objectiva realitas mundi externi et obiectivus valor principiorum cogitandi (vd. IV.); porro duae ex ordine metaphysico: libertas humana et teleologia in cosmo. -

Atqui posita veritate unus ex contradictorie (v. contrarie) oppositis, sequitur necessario falsitas alterius. Ergo: Hoc criterio quilibet homo, mente sana utens, falsi-

hanc multum cognoscere potest. —

Demonstratio II. p.

1) Formalis absurditas pantheismi patet ex eo, quod in eo 1) perimitur principium contradictionis.

Magis id discrete affirmat et sofismatibus probare conatur. Identitas entis infiniti (Dei) et mundi finiti, necessari et contingenti, immutabilis et mutabilis, improducti et producti — involvit negationem principii contradictionis. — Similiter asserere identitatem numericam rerum omnium mundanarum secundum substantiam vel subiectum, est asserere innum idemque esse simul simplex et compositum, vivens et non vivens, rationale et irrationale. —

Quantum veritatis in hac conciliatione potest esse et non esse possumus assignare in rebus ab alio, quatenus habent perfectiones mixtas, ideoque etiam esse actualitate mixtum, ita ut solus Deus, ens a se sit actus purus, res omnes componuntur ex potentialitate et actualitate, quatenus ex non existentibus (non esse) esse coeperunt, positione perfectionis et negatione perfectionis ulterioris constants etc. — Sed hoc longe aliud est ac quod affirmant pantheistae.

2) In pantheismo perimitur principium causalitatis, hoc enim principium (supra expositum) etiam sic proponi potest: „Nihil transit de potentia ad actum, (per aliquod ens iam in actu) nisi

intra placita pantheismi de evolutione entis pure possibilis im-
mo cō nihil, habetur transitus a non esse ad esse, a pura po-
ssibilitate ad esse tale, reare; nullo praevio actu determinandi.—
ergo perimitur principium causalitatis.

De prioritate actus prae potentia — simpliciter loquendo con-
fer dicta de argumento hinesiologicalo.

Difficultatem, quam fugere volunt pantheistae nolentes ad-
mittere actum creationis formaliter immanentem virtualiter
transcendentem in Ente infinito et actu purissimo, enties arguent,
dogmate a prioristico de necessaria evolutione cō non esse
(nihil) ad esse (aliquid). —

1.) Practice esse pantheismum absurdum patet ex eo,
quod omnia fundamenta vitae humanae recte instituendae (mo-
rum) subvertit. — Et enim 1) in ordine religioso et morali 2) Deum
identificans cum mundo atheismo; idem enim quoad rem est di-
cere cum atheis, mundum non dependere ab Ente supra-mun-
dano, ac dicere cum pantheistis, Deum et mundum esse unam
eandemque substantiam (vel quaecumque ens). — Pantheistae
accusant theismum christianum „anthropomorphismi“, dum
ipsi Deum cum brutis immo cum materia bruta identifi-
cant. dum nihilominus pantheismum „ubi theismum ethnicum“
immo „verum theismum christianum“, theismo dualistico“ et se-

mitico" opponunt namque religiositatem (Pfeifferer, Paulsen) extollunt, idearum contradictione et confusione laborant. b) et parte hominis libertatem negant; dum omnia evolutione absolute necessaria fieri docent. Onapropter nullum esse discrimen boni malique morales logice deducunt et immortalitate personali sublata, sanctionem aeternam ulla violatave ordinis morales tollunt. — Hinc 2.) in ordine juridico-sociali et tyrannidi et rebellionem favent. Tyrannidi eorum, qui potestate possuntur, majore numero vel facultatibus praevalcant; rebellionem, dum „suprematium populi“ docent et imperium, „das von der Menge (die sich im Staate zusammengengetan) ihm — selbste Recht“ definiunt (Spinoza). — Hüfta Hegel, ut der Staat göttlicher Wille als gegenwärtiger, sich zur wirklichen... Organisation einer Welt gestaltender Geist. — Rei publicae est societatem religiosam coëcere, si „limites sensus religiosi“ — (Gefühl u. Glaube) — transgressa, principia objectiva (dogmata), quae mores et rationem spectant, trudere audeat. Hinc ergo moderni „Kulturkampf“ quem vocant.

Et schola pantheismi Hegeliani prodierunt Machiavellismi et absolutismi moderni defensores socialismi et anarchismi, nec non nihilismi russiaci magistri (Bakard, Tufantini, qui St-Simonem sequuntur in Gallia, Feuerbach a pantheismo Hegelii ad materialismum transiens, circuli revolutionarii (Neapoli) in Italia et Hispania, Bacunin et Herken in Prussia, Lassalle, d. Marx et Engels, magistri philosophiae socialisticae in Germania. —

Societates clandestinae franco-murariae (redmãri), ubique terrarum contra ecclesiam catholicam conspirantes et revolutionem populorum fere perennem inspirantes in pantheismo moderno habent radices. —



Paralipomenon ad pag. 103.

Opus laude dignissimum ostendens historico-critice objectivam veritatem, originem et evolutionem ideae divinitatis est Gott u. Götte, "Theorie zur vergleichenden Religionswissenschaft v. Chr. Gesch. I. J. Freiburg 1890. (Him. aus Maria Laach) in eo enim ostenditur:

1. Consensus totius generis humani, moraliter universalis de existentia alicuius supremi numinis supermundani, personalis, a quo ordo physicus mundi et ordo moralis hominum dependet.

Origo huius ideae pendet a duplici fonte:

a) revelatione supernaturali positiva teste eodem consensu universali; b) indigentia et activitate duplicis facultatis, rationalis & rationis, cui insita est lex causalitatis, β) voluntatis, cui insitus est appetitus perfectae felicitatis, γ) utriusque communis, conscientiae legis naturalis. —

Ordo deontologicus officii implendi virtutisque est ordo viae ad finem felicitatis perfectae (ordo eudaemonologicus). Unus sine altero incompletus esset, naturaeque rationali hominis, prout de facto est, cum naturali exigentia non fuerat satis.

Talem originem religionis confirmant etiam historici Niebuhr, Whately, Alex. u. Humboldt, docentes gentes barbaras esse reliquias culturae praesentis. De extremis regionibus

popularibus incolarum Eskimos in septentrione et Pesche-
xäho in austro Americae de Argl et Henr Pink; Wallace ex
monumentis in insula Easter-island (Osterinsel) in extremo
oriens et in valle Ohio in Occidente (Mounds). —

Thimms (Harmonikel - Symbolik) testatur profundam
cognitionem legum naturae apud antiquissimos orientis
populos, Aegyptios, Babylonicos et Assyrios; et Max Müller
docet „Ist die Natur der Natur das Wissen und
mit dem Aindfahigkeit der Natur die Natur der Natur
wissen materielle Kongregationen sind in der Natur.“ —

Müller (Allg. Gesch. I. 24.) „Es ist auffallend, daß von
Gott, von der Welt und von der Unsterblichkeit, die älte-
sten, in anderen Dingen unkultivirtesten Völker, ganz
wahre Vorstellungen u. Kenntnisse hatten, indes die Kün-
ste --- viel jünger sind. Zu den höchsten Dingen dachten
die ältesten Völker richtig, in Laubgeschäften waren sie
Kinder.“ Similiter Schelling (Vorlesung über akad. Stud.)
„Alle Religion war in ihrem ersten Dasein schon
Überlieferung.“ Fichte (Naturrecht - Th.) „Ein Geist, nahm
sich der ersten Menschen an, ganz so, wie es eine alte
ehrwürdige Urkunde vorstell.“ —

Quod a posteriori historice probatur, errores et vitia di-
versarum formarum religionis, quas Lubock (Anfängen

Dr. Müllér I. T. 172.) hoc ordine ortas enumerat: atheismus, feticismus, totemismus, Schamanismus, idololatria (antrhopomorfismus = polytheismus), creationismus (Theismus), necus religionis cum moralitate - potest a priori, probata existentia Dei, ex eo concludi, quod universa natura ad conservandas et evolendas suas species entium, abundantissima habere subsidia, ideoque a fortiori enti nobilissimo hominis provisum est non solum naturali capacitate cognoscendi Veri primi et appetendi Boni ultimi - determinantibus viribus naturae (revelatio naturalis), sed accedente etiam determinatione revelationis supernaturalis, sicuti in sequentibus historicè probabimus

Hinc evolutio ideae divinitatis et cum ea religionis est regressiva per degenerationem monotheismi originalis in pantheismum, materialismum etc... Minime vero progressiva ex statu ferocitatis bestialis (savagistae franc. sauvage - silvestris, Kivak, Busehmann) explicari potest. -

Aberatio voluntatis a Deo bono per peccatum suum traxit aberationem mentis a Deo vero - per applicationem ideae verae entis supremi ad concreta individua, substituendo symbolo Divinitatis, per res viresque cosmicas expresso, ipsam divinitatem.

(Secundo origo multiplicis erroris supra enumerati Lubock)

204.

Quae Lubock, Spencer, Miller (Mea.), Roskoff, Le Page Renard,
et alii opponunt, mutuo sibi adversantur negante uno, quod
affirmat alter.

Conferendi contra eos sunt Pesch. op. cit., Lubock, Gubberlet
et multi alii:



Scipsit: F. Davidok, a soc.

Sectio II.

Demonstratio christiana

Nexus idearum. In sectione prima resolvimus quaestiones de Dei existentia et essentia, de animae humanae libertate et immortalitate indigne derivata religionis naturalis necessitate. Haec pars etiam philosophica religionis in genere appellatur.

Accedimus ad quaerendum religionis revelatae, quae resolvitur in tres partes: Art. I. De revelationis divinae theoria et possibilitate; de relativa eius necessitate; de eius cognoscibilitate ex criteriis miraculorum et prophetiae. Haec pars dicitur philosophica revelationis, quia de revelationis fundamentis seu ultimis causis agit. (religio revelata).

Art. II. De historica veritate revelationis christianae seu de Christo Legale Divino ipsoque Deo-homine (religio christiana).

Art. III. De relatione inter rationem et revelationem, scientiam et fidem.

Art. I. Theoria revelationis.

1.) Definitur - revelatio (ἡ ἀποκάλυψις, Offenbarung, γερύσασις, ἀποκάλυψις) iuxta etymologiam vocis (re-velo, retrahere velum, odkryti, ἀποκαλύπτειν) communicatio veritatis illi, cui erat abscondita, ignota. Sensu strictiore intelligitur revelatio religiosa seu divina et proinde definitur: Manifestatio (communicatio, ἀδήσει) veritatum et factuum creaturae facta a Deo. Interdum modo, quo revelatio fit, dividitur in 1.) naturalem (φύσικη ἀποκάλυψις, natürlichoffenbarung nec. sensu improprio), quatenus ex natura (homine et mundo) uti effectus Dei creantis hauritur, et Ad theol. fundam.

2) supernaturalem (nadpřirozené zjevení, übernatürliche Offenbarung, rev. sensu proprio etiam. positiva"), cum Deus ipse sive immediate (e.g. Adamo) sive mediate (per prophetas, Christum, Apostolos) aut factis (poena Sodomorum) naturae vires excedentibus, aut cognitionibus in mente hominis exercitatis aut locutione (verbis idearum signis) veritates religiosas manifestat. —

Veritates hae possunt lumine rationis cognoscibiles (immortalitas animae, Dei existentia) et habetur revelatio supernaturalis, quod modum, vel limites finitae rationis superant (mysteria S. Trinitatis, incarnationis etc.) et habetur rev. supernaturalis, quoad substantiam?

Tertius gradus revelationis et communicatio scientiae (vitae) divinae in visione beatifica. Revelatio naturalis fit lumine rationis siq̄ue respondet scientiā; revelatio supernaturalis fit per lumen fidei — fides; in visione fit per lumen gloriae — intuitio.

Notio ordinis supernaturalis eiusque discrimen essentiale ab ordine naturali data opero in tractatu dogmatico de gratia Christi exponitur.

Hoc loco Plimmalis instat summa principia mutamus eum frequentex de utraque summa ordine, naturali et supernaturali, sermo incidat.

Naturalis itaque ordo, seu apta dispositio mediorum ad finem est, quem in sectione prima cognovimus probantes Deum causam primam et finem ultimum rerum omnium, quibus providet Deus earum conser-
vando et eum eis concurrente, imprimis vero dirigendo

hominem ad finem perfectae felicitatis cognitione et amo-
re Dei, Veri, Boni et Pulchri infiniti. Religio natu-
ralis exprimit hanc relationem hominis ad Deum ut
servi (fidelis) ad Dominum titulo creationis.

Ordo supernaturalis hunc ordinem naturalem
praesupponit, non tollit. Immortalis enim est veritas de
Deo causa prima et fine ultimo hominis et mundi. Ideoque
Deus objective (tamquam obiectum materiale) in utroque
ordine est finis (qui) ultimus hominis; subjective actus co-
gnoscendi et amandi in utroque ordine est felicitas formalis
hominis (finis quo, formaliter.)

Attamen modus cognoscendi et consequenter amandi
Deum in utroque ordine essentialiter differt; et cum cog-
nitio sit radix coniunctionis hominis cum Deo, ordo relatio
et coniunctio hominis ad Deum essentialiter perfectior
(superior) si cognitio et consequenter amor sit perfectior
essentialiter.

Jam vero intellectus et voluntas humana habet poten-
tiam oboedientialem i. e. oboedire potest omnipotentiae
Divinae determinanti actus cognoscendi et amandi ut fi-
ant capaces vitae divinae participandae. Cognitio natu-
ralis apparet, ex creatura mundi, per lumen rationis (Rom. I. 19.
Sap. 13. et 11,) cognitio vero supernaturalis per fidem ex libera-
ri adiutorio gratiae (Hebr. 11. 1. („Multifariam...”) et
in sua perfectione finali per illuminationem (visionem

beatificam, facialem, immediatam.)

Finis assequendus est itaque materialiter (objective) quidem idem in utroque ordine sed sub formali ratione essentialiter diversa. - Consequenter etiam medius (ordo cognoscendi) naturalis - sed per fidem, viribus naturae et - gratiae et ordo agendi (amandi) - sunt secundum principia, et motiva essentialiter diversa. Complexus finis cum proportionalis mediis constituit ordinem; si utrumque est naturale - naturalem; si supernaturale - supernaturalem. -

Motivum elevandi hominem ad ordinem supernaturalem ex parte Dei est Eius Amor erga creaturam rationalem. Certe Deus Creator impediri non potest, quominus elevet hominem e conditione servi ad statum, filii adoptivi et haeredis regni caelorum. „ Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum daret ” (Joannes 3.16.).

Incorporatio Dei filii est fundamentum „deificationis” seu participationis accidentalis Divinitatis ex parte hominis. Sed de his in tractatu de Incarnatione.

Ordo supernaturalis constitutus (restitutus) relationem hominis, filii (adoptivi) ad Deum Patrem, est obiectum revelationis veritatis divinae, cuius possibilitas est historica, veritas in hac sectione probanda est. Sub hoc respectu apparet historia revelationis divinae

uti historia educationis divinae generis humani ad participandam vitam divinam in termino. (Religio supernaturalis).

Haec educatio fit non immediata actione (revelatione) Dei in singulos homines sed mediantibus causis secundis (legatis divinis). Id congruit cum ordine naturali, in quo mediantibus causis secundis agit causa Prima. Organismus naturalis respondet organismo sociali ecclesiae Christi. Revelatio supernaturalis habet, uti ex dictis patet, characterem universalitatis, quatenus Deus omnes homines vult salvos ordine a se electo, in quo non est acceptio personarum. (Revelatio catholica, generalis sc. communis). Potest tamen Deus singulis hominibus ad fines particulares revelare - (revelatio peculiaris seu privata).

Scholium: - Per versionem conceptus revelationis in rationalismo et fraitheismo - exhibet fragrantem Biedermann hinc verbis: „Gott offenbart sich Dem Menschen 1. als sein unendlicher Grund im Vernunfttrieb, 2. als seine unendliche Norm im Gewissen, 3. als seine unendliche Kraft in der Erhebung zur religiösen Wahrheit, Seligkeit und realen Freiheit. Diese innergeistige Offenbarung ist die einzig wirkliche; die Darstellung äußerer supernaturalen Offenbarungsereignisse beruht auf der Idem-

tifizierung des göttlichen Offenbarungsmoments mit seiner menschlichen Vermittlung." Et Pfeiderer: „Offenbarung ist jedes ursprüngliche Innewerden von einer übersinnlichen Wahrheit, welche, weil nicht aus äußerer Mitteilung noch willkürlicher Reflexion, sondern aus dem bewussten, ungeteilten, beisehenden (intellektuellen) Grunde der Seele stammend, als eine durch menschliche Seelen-Tätigkeit vermittelte Mitteilung Gottes empfangen wird.“

Encyclica, Pasce di "hanc modernam notionem revelationis ex philosophia agnosticismi fluentem iure merito reiecit et notat canones eccl. ex ficta transfiguratione et defiguratione obiecti, fidei incognoscibilis derivata.

Fons errorum sub finem art. 1. iudicabuntur.

Revelatio 1. tum in genere, tum 2. in specie revelationum inferiorum est possibilis. Thesis 1.

Demonstratio 1. p.

Agitur de revelatione stricto dicta seu supernaturali sive immediata sive mediata, sive interna sive externa. Tolluntur dirigitur thesis contra naturalismum, deismum, rationalismum et pantheismum - asserentes revelationem esse impossibilem.

Argumentum. Impossibilitas revelationis derivatur aut 1. ex parte Dei revelantis aut 2. ex parte hominis, cui fit

revelatio, aut 3. ex parte veritatis revelandae. - Alqui neque ex 1° neque 2° neque 3° fonte impossibilitas probari potest. Ergo gratis ab adversariis assertitur; ideoque a nobis negatur. Non negare gratis apparebit ex dictis, quae demonstratio in prima sectione adducitur et ex eis, quae de Deo, de homine et de veritate ibi diximus, logica necessitate consequuntur. Quia propter negata possibilitas revelationis in atheismo ultimam radicem habet.

Probatum propositio minor.

Respectu habito Dei - scimus ex sectione praecedenti Eundem Ad. 1. esse causam primam efficientem, causam exemplarem et finalem omnium rerum praecipue hominis. Deum, uti dictum praevidimus universis illaque esse praesentem eoque complecti illas, ut s. Paulus de hac relatione creatoris ad creaturam doceat: „in Ipso vivimus, movemur et sumus.“ Act. 17.28

Deus est causa ultima non solum eorum esse realis hominis, sed per concursum etiam omnis eius activitatis (eorum agere) immo ipsius possibilitatis hominis est Deus reale fundamentum. Cum relatio Dei ad hominem fallat, sine ratione sufficiente, immo contra sanam rationem assertitur, Deum homini non posse revelare veritatem de seipso, de homine et de mundo; sed revelationem unice possibilem esse factum mundi et hominis existentis, quae „gloriam Dei enarrant“

Negare Deum posse sive immediate sive mediate, sive in-

terme sive externe determinare in ratione humana ideas veri et voluntatem movere motibus boni et pulchri, proest Deus ipse et obiectum talis cognitionis et volitionis (revelatio religiosa) idem est ac negare Dei Creatoris Providentiam omnia conservantem et ad finem dirigentem. Materiam inertem et viventiam irrationalem determinare fessent hominem ut finem „conscientiam sensitivam supersensibilem“ (Aristoteles) — Deus, actus firmis- simus, motor primus, ipsa vita, ipsa Veritas, bonitas et pulchritudo — non posset.

Haec profecto non solum sine ratione sufficiente, sed contra rationem asserti possunt a Deistis, rationalistis et pantheistis, qui ideam Dei, Spiritus subsistentis non habent. Et revera historia teste discimus, rationalismum, autonomiam in regno Veri et Boni sibi arrogantem et rationem absolutam declarantem, logicè ino pantheismum esse verum ut verum- mis laboratur ad infima — in materialismo.

Ad 2.

Ex parte hominis — in mentem revocandum est, quae in ideologia monuimus. Rationis humanae optilitudo ad cognoscendum verum ino eo est silas, ut a) ideas divinas in mundo realizadas (incarnatas, materializadas) cooperante sensu intelligat (sensus legal) sed b) a) fortiori per Intelligentiam Divinam et Voluntatem ipsam ab intrinseco ad cognoscendum quodlibet verum et aspiendendum bonum determinari possit —, et cum hac determinatione simile) de eius origine

divina certaino fieri potest. Ego ex parte hominis revelatio impossibilis dici nequit, quia negatur 1) causae Primae efficaciae, quae conceditur in ordine naturali causis secundis et 2) aptitudo ad cognoscendum verum, dummodo apte determinaretur.

Respectu habito ad veritatem ipsam - iuxta Logicam - omnis veritas est obiectum formale intellectus humani, ideoque ipsi conveniens, eundem perficiens ipsius bonum - dummodo ipsi apte proponatur. Intellectus humanus, cum sit finitus, non potest comprehendere omnem veritatem intensive et extensive - id enim est proprium aelus purissimi, Intellectus infiniti; attamen distributive, conceptibus propriis vel analogis sed veris licet inadaequalis quamlibet veritatem sui generis obiectum formale amplecti eoque perfici potest. Est enim ideo vis intelligendi imago Dei. Ad 3.

Distingui debet modus determinandi a) naturalis ex effectu (creatura) ad causam (Creatorem) in scientia b) supernaturalis per testimonium Dei loquentis in fide vel c) finalis in termino per immediatam intuitionem Dei - in visione beatifica. Sed cognoscibilitas cuiuslibet veritatis ab intellectu humano citra contradictionem negari nequit.

Confirmatur argumentatio inbursca testimonio historico omnium gentium, quae virginem praeceperunt et revelatione positiva per Deum derivabant.

Indis revelavit Brahma per patriarcham diluvii Noam, Babylonis Bel, Phoeniciis et Aegyptiis Thant; Herodotus exprobrat Hesiodo et Homero, eos primitivam religionem Pelasgis a diis revelatam, corrupisse. Testis quoque est Plato (Tim.), Aristoteles (Metaph. I.), Cicero (Tusc. I.) et alii.

Probatio 2. p. (Revelatio mysterii est possibilis).

Prænotiones. Mysterium (μυστήριον, sacramentum), iuxta vocis etymologiam dicitur veritas, quae nos quomodocumque latet. Latere vero potest quadrupliciter:

1.) Ideo, quia facultati cognoscitivae nondum est proposita, e.g. cogitationes alterius antiquam mihi communicante, „mysteria“ profundi maris etc ...

2.) Latere potest veritas e.g. gravitationis universalis quid sit (mysterium naturae); non vero latet, an sit (factum).

Ita loquimur naturam abundare, mysteriis. Progreddente scientia minuitur numerus talium mysteriorum quod prius latebat-potebat.

3.) Latere non potest veritas tum a) an sit tum b) quid sit e.g. de S. Trinitate; accepta enim notitia, an sit; latet omnem intellectum finitum (saltem in statu viae) α) quid sit et quomodo sit, β) conceptus, quibus veritatem apprehendimus, non sunt proprii sed analogi (desumpti ex creaturis via affirmativa, negativa et excellentiae.) Hisce conceptibus apprehendimus e.g. quid significet, Pater, filius, Spiritus Sanctus in S. Trinitate, γ) veribus immanentibus rationis naturalis quan-

tumvis progredientibus (in statu viae) impossibile remanebit veritatem talem, quid et quomodo sit conceptibus propriis cognoscere, supra rationem absolute non relative tantum.

Hoc sensu ultimo dicitur mysterium sensu stricto theodogico, quo illud in thesi assumimus.

Inde patet mysterium esse „supra rationem“ minime vero „contra rationem“ i.e. contra prima principia rationis; talia sunt „non ens“, „absurda“, „nihil.“ At utroque genere distinguuntur veritates „iuxta rationem“, quae rationi propriis viribus immanentibus apprehendenti innotescunt vel immediata evidentiā vel derivatae ex principiis.

Tale mysterium esse possibile a priori ex conceptus analysi probari nequit. Tale enim argumentum supponeret cognitionem Entis infiniti, ut eam de statuere possemus esse in eo veritates (perfectiones), quae neque conceptibus analogis, quid sint, apprehendi possunt.

Ex eadem autem ratione sequitur, neque impossibilitatem mysterii striate dicti probari posse. - Quapropter distinguendae sunt quaestiones duae: „Probare evidenter mysterium esse possibile“, et polemice ostendere „non probari evidenter mysterium esse impossibile.“

Ratio, cur a priori possibilitas mysterii probari nequit, est, quoniam essentiam Dei adaequate conceptibus propriis non comprehendimus. Haec eadem ratio etiam probat, neque im-

fossililitatem mysterii a priori posse probari.

Quapropter argumenta, quae infra afferemus strictè loquendo probant fossililitatem mysterii relativi (non absolute). Ex facto revelationis mysterii absolute (Trinitas) concludimus eius fossililitatem, quam suadent probabilem argumenta dicta.

Arg. 1. (Ex limitatione intellectus creati et infirmitate Intellectus absolute Divini). Arg. 1.

Intellectus humanus est finitus, ideoque habet limites. Extensio veritatis, attento eius fundamento reali (essentia Divina) limitata esse requirit. Ergo intellectus finitus (humanus) non potest esse norma et mensura omnis veri, sed regnum veri excedit, saltem collective sumptum ut aliquod solum, capacitatem intellectus finiti. Ergo possunt esse et debent esse veritates, quae intellectum humanum, saltem relative, superant i. e. mysteria late dicta.

Ex modo imperfecto cognoscendi. Arg. 2.

Cognoscendo intellectualiter progredimur a phaenomenis ad noumenum, abstrahendo accidentia a substantia. In hoc processu laboramus obscuritate et ignorantia, quid res sint simulac praetergredimur limites experientias abstractantis facta phaenomenorum eorumque leges. Illud Porreticum, Hoc unum scio me, nihil scire, correcte dicitio-

ne hyperbolica, quo quis doctior, facilius in admittere.
Haec „mysteria naturae“ in nobis et extra nos - a fortiori
oblinebunt in cognoscendo Deo (eius vita et relatione ho-
minis ad Deum) - in religione, cum ex praecedenti tracta-
tu de Deo didicimus nullum nos habere conceptum de
Deo, haustum ex creaturis, qui esset Deo et mundo uni-
vocus.

Homo revelationem mysterii accipiens, licet nexum Seq. 3.
intrinsecum conceptum subiecti et praedicati (e.g. Deus na-
tura unus subsistit in tribus personis) non intelligens tamen
sensum propositionis conceptibus analogis percipit.
Ideoque perperam obiciunt rationalistae absurdam esse
revelationem (mysterii), quae homini nihil revelat. Sensum
autem percipit, ratio innata fundamentalibus legibus co-
gitandi, actibus vitalibus - sed determinatis a causa pri-
ma.

Obscuritas mysterii, supposita intelligentia eius sensus,
rationi non solum non contradicit, sed maxime est con-
veniens vitae religiosae. Fovet enim a) humilitatem b) ex-
hibet rationabile et nobilissimum obsequium Deo, sub-
mittendo intellectum (sacrificium intellectus rationabile),
quod est cultus unicus Deo proprius hominibusque omnibus
possibilibus, c) irritat cognitionem naturalem (e.g. notio
personae-naturae - etc. ex mysteriis Incarnationis et

Trinitatis et) supponit Dei amorem et amicitiam, inchoatam in via perfectam in termino iuxta illud Job 15. 14.:
„Fave non dicam vos servos, quia servus nescit, quid faciat Dominus. Vos autem dici amicos, quia omnia, quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.“

Hinc „fides est fundamentum et radix omnis iustificationis“ (vitae filiorum adoptionis), vitaeque magnalia appetentis (1. Cor. 1. 23. mysterium crucis). Ego supposito possibilitate ordinis supernaturalis amicitiae Dei, mysterium non solum possibile, sed maxime congruum est naturae humanae, signumque est religionis absolutae. Fines enim amicitiae Dei nullus perfectior esse potest.

Hinc historia testis est, ubicumque gentium habetur religio revelata, ibidem exhiberi quoque mysteria. Ratio enim humana non adorat, quae comprehendo veluti sibi subicit. Divinitas maiestate incomprehensibili debet excellere.

Corollarium: Autonomia rationis a modernis (Kant) asserta non eo sensu vera est, quo revera statuitur, rationem humanam esse ultimam normam omnis veri et boni moralis. Tali sola ratio absoluta seu divina est. Quapropter logica necessitate haec autonomia rationis ducit ad frankheimum.

Autonomia eo sensu intelligi potest et est, quod ratio

suis regitur legibus cogitandi, quas respondent legibus essendi rerum. Contra tales leges cogi non potest ratio, et intelligat „non ens“; quidquid enim contra prius cogitandi principia est, absurdum est.

Hinc Louc. Vak. sessione 3. de fide can. 1.: „Si quis dixerit rationem humanam ita independentem esse, ut fides ei a Deo imperari non possit, A. P. - anathema sit! Et caput 3.: „Cum homo a Deo tamquam a Creatore et Domino suo totus dependeat et ratio creata increatae veritati semel subiecta sit, plenum revelanti Deo intellectus et voluntatis obsequium fide praestare tenemur.“ Sess. 3. cap. 2.: „Si quis dixerit fieri non posse aut non expedire, ut per revelationem divinam homo de Deo cultusque ei exhibendo edoceatur, A. P.!“

Obiectiones adversariorum:

I. Quoad revelationem 1. Strauss et alii immutabilitatem Dei obiciunt quam involvit revelatio mutans ordinem naturalem in melius.

Resp: Obiectio si valet impossibilem redderet omnem providentiam etiam naturalem effectus in tempore producentem, omnisque relatio ad res in tempore orituras, ipsa creatio excluderetur. - Entitative remonet Deus immutabilis, terminative oritur mutatio ex parte obiecti.

Simili ratione 2. Spinozae et Strauss respondendum, qui violationem immutabilis ordinis naturalis per revelationem („Durchlöcherung des Naturzusammenhangs“) obiciunt.

Resp: Unico consilio providentiae divinae ordo naturalis et supernaturalis concepti ab aeterno eodem subsunt uti ea, quae naturae humanae (naturalia) et quae eidem indebita sunt, sed ex Amore uti perfectio superaddita.

Neque: 3. Infinitus visus firmissimus immediate agens in hominem, activitatem vitalem (immanentem) tollit, passivitate solam determinando. - (Schelling, Strauss). Etenim id tolleret, si verum esset, etiam concursum naturalem. Deus itaque agendo increaturas servat eorum naturas et activitates sive naturaliter concurrendo sive supernaturaliter perficiendo. Ex quo consequitur 4. revelationem non contradicere legi psychologicae ideologicae.

Cognitio enim utique oritur ex activitate subiecti recipientis et causae determinantis (obiecti). Sed probavimus causam primam posse quicquid possunt causae secundae (contra Fleiderer, Wegscheider etc).

Hinc 5. Revelatio neque historiam evolutionem excludit (Tindal, Reimarus). Revelatio enim est testificatio divina; res divinae conceptibus analogis percipiuntur. Id, quod revelatur, immutabile est (veritas dogmatica); modus concipiendi mutabilis est et progressum scientiae exhibet. Ultimis (4.-5.) responsum est obiectioni, quae (a Locke, Essay, Kant, Rel. innerh. J. Grenzen d. Nat; Fichte, Kritik aller Off. et Bredschneider) - fit contra mysterium.

Dicunt enim 1) repugnare legi ideologicae — quae ratio aeterni immanentis cognoscit nomen Subiecti et Praedicati. Etenim processus ideologicus est idem sive determinatus fit a causis secundis sive a Deo.

In primo casu intrinsicus perspicimus rationes nomen Subiecti et Praedicati; in revelatione formamus conceptus analogos (Pater, Filius, Spiritus, genit, etc.) et cognoscimus ex autoritate Dei deslantia Subiectum esse cum Praedicato coniungendum vel ab eo separandum. (Přirovnání, že (dab) věčak jeb, ale nikoliv, jak (wie) jest. Consequitur ad-aequatus proprie loquendo de nulla re habemus; contenti esse debemus cum conceptibus clavis et distinctis licet incomplectis peritur.

Quapropter „revelatio mysterii“ non continet „contradictionem in adiecto“ (Brelchneider: Offenbarung die nichts offenbart.) Neque enim nihil intelligimus — sed id, quod revelatur, intelligimus (in Christo una persona et duae naturae) sed modum non intelligimus. — Hinc historiae evolutionis scientiae etiam dogmaticae (Historia dogmatum.)

2) Objicit Schleiermacher, in demonstratione nostra „mysterium non esse contra rationem“ contineri implicite, mysterium esse secundum rationem? Ostendere enim primum non possumus nisi principiis rationis ex quibus deducimus „mysterium non esse contra rationem“ — Ita et monuimus supra probantes Thesis de mysterio ex eo, quod fecimus ad-versarius non esse argumenta impossibilitatem mysterii ostendentes, non sequi mysterium esse possibile. Nos non asserimus possibilitatem mysterii a priori, tunc esset „secundum“ et non supra rationem.

Thesis II. Ad consequendum I.) finem naturalem est humano generi aliquod adiutorium Dei (revelatio) moraliter necessarium. II.) Supposita destinatione ad finem naturalem, est cuiuslibet homini revelatio supernaturalis absolute necessaria.

Agitur de re omnibus hominibus absolute necessaria, de consecutione felicitatis finalis, qua iro re Deus naturae non providere non potest.

Declaratio. In I. parte dicitur ad consequendum finem naturalem i. e. non agitur metaphysica quaestio de facultate (intuitiva) physica hominis ad consequendum finem sibi debitum, sed de actuali consecutione, exercendo vitam sibi proportionalem a) theoretica cognitione normae et b) practica conformatione voluntatis.

„Finis naturalis“ uti iam prius dictum est, intelligitur Deus lumine rationis cognitum uti finis; et lex moralis naturalis uti via ad finem. Intelligitur autem complexus veritatum theoreticarum et practicarum - essentialiter totus, ita ut nulla essentialis pars theoriae et practicae religionis deficiat.

„Humano generi“ dicitur, quia non de uno altero individuo (Socrate, Platone), sed de universo genere humano loquimur, de puero rationis usum assecuto, de senes, de indoctis et doctis, simplicibus et ingeniosis - de omnibus; „aliquod adiutorium“ divinitus collatum intelligitur sufficiens actus Divinae Providentiae ad tollendam difficultatem, quam „genus

humanum," ubi relictum, non superat. Si Deus revelationem praenaturalium praestet, eo maius erit hoc adiutorium.

Moraliter necessarium "dicitur adiutorium - non physice, quia impotentia assequendi finem non est sita in physica facultatum impotentia, sed in difficultatibus superandis cum agitur 1) de subiecto solius generis humani, 2) de obiecto totius complexus veritatum naturalium et 3) de certitudine necessaria in cognoscendis hisce omnibus, ut sint norma absolutae obligationis.

Hisce positis in argumentum I. p.:

Historice constat: a) universum (moraliter) genus humanum b) solum complexum cognoscendorum et agendorum in ordine naturali c) cum debita certitudine per nullius annorum d) non cognovisse et nullo minus 3) vita morali exerceisse. Alqui factum hoc probat aut physicam impotentiam in singulis aut tot tametsi difficultates superandas esse in universis, ut physica facultas aequo exerceere non possit ad quae physica habet potentiam.

Physica impotentia non adist, quia repugnat Deum ex-
cere hominem ad finem ei quo non daretur physicas vires ad eum
consequendum. (Rom. 1. 18, Sap. 13.)

Ergo remanent difficultates, quae transitum huius potentiae ad oculum (cum circumstantiis supra a) — c) dicitis) impediunt, ideoque moraliter impossibilem reddunt.

Ergo adiutorium aliquod divinum, ad superandas hasce difficultates est moraliter necessarium, quod non solum juviam ad finem, „illustrandō ostenderet sed etiam β) vires („inspirando“) tribuat ad ambulandum in via Domini.

(Historice gratiam, quae est adiutorium superabundans)

Ad prop. maj. - notanda sunt α) quoad cognitionem

1.) Mythologia, qua ducti gentiles „magis induentur, quid Juppiter fecerit, quam quid docuerit Plato vel censuerit Cato“

(Aug. de Civ. D. II. 7.) - 2.) defectus institutionis moralis populi (miravouka nedostaliciái) - - „Demonstrentur loca, ubi populi audirent, quid Dei praeciperent de cohibenda avaritia ... (Aug. l.c.)

3.) Nullus fectis sceleribus luxuriosus, immodicus hominibus etc. corruptus („Non tantum sanguis, sed nullo scelestius pudor humanus immolatus interibat“ (Aug. Ep. 91.)

Quoad hominem - animae immortalitas - sicut oportet

[a) - c)] non cognoscebatur. (Conf. Plato Apol. Por. ^{Cic.} de senect. Post allata argumenta: Quod si in hoc erro, quod animos hominis immortales esse credam, libenter erro, nec mihi hunc errorem, quo delector, dum vivo, exloqueri volo. Si mortuus, vel quidam mimidi philosophi censerent, nihil sentiam, non vereor, ne hunc errorem meum mortui philosophi irideant....)

Tunc l. II. : „Harum sententiarum, quae verasit Deus aliquis videt; quae verissimillimas, magna quaestio!“

β) quod vitam ipsam, notum est illud classicum: „Videō

meliora proboque, deteriores sequor" Rom. 7. 23. „Videalicium la-
gem in membris meis repugnantem legi mentis meae;" prae-
ter cognitionem qualemcumque normae sequendas requiruntur
vires voluntatis sed superandas difficultates. Ore Pauli Rom 7. 24.

„Infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis huius" clamat
universum genus humanum. Responsio unica est l. c. 25:

„Gloria Dominis N. F. Chr." Ratio sola - in poenitentia me-
li-factorum, in conscientiae morsibus, in desperatione pessimis-
mi moderni et antiqui (Schopenhauer, Tacitus, Annal. III. 18)
cognoscit philosophiam alicam incapacem esse ad ostenden-
dam viam remittendi peccati; possibilitatem, veritatem et
condiciones remissionis caelo assignare nequit.

Döllinger: Heidentum und Judentum. (Vide Apologelas
christianos contra gentiles passim; Cic. de divinat. II. 58; „Nihil
tam absurdae dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosopho-
rum" valet adhuc.

Platonis - moralem praedecastriam tollere, licet immo
obligatorium esse exponere infantes debiles, uxoribus et bonorum
fortunae communitatem, testatur Plotarchus, quaest. Sympos. VIII. 2.

Philosophiam non solum non potuisse sed notuisse pro-
frui esse magistrum et classicum illud „Odi profanum vul-
gus et arceo" et moderna Schelling - ii exegesis probant
(Methode des akad. Stud.) : es sei „der natürliche Wahlspruch
der Philosophie" ! - Quintil. (Declam.) et Cic. (Tuscul. I. 36)
„operarios barbarosque contemnis" - quibus illud Christi opponitur

"Pauperes evangelizantur".

Ad prop. min. Difficultates impediētes debitam theoriam et praxim religiosam sunt homini aut a) intrinsecae, defectus ingenii, valetudinis, aetatis et passiones aut b) extrinsecae defectus bonorum fortunae, aetatis, institutionis aptae, occupationes profanae etc.

Radicem horum malorum revelationis historica in degeneracione hominis pro peccato originale esse solum ostendit ideoque esse culpabilem (Rom. 1.22. Sap. 13.10.) sicut cognitionem Dei ratione per se possibilem ibid. Rom 1.18 Sap 13.1).

Hinc iure merito reprobantur Prin IX. Syll. prop. 3. "Humana ratio, nullo proors respectu Dei habito, unicus est veri et falsi, boni et mali arbiter, sibi ipsi est lex et naturalibus suis viribus ad hominem ac populorum bonum curandum sufficit."

Obiicientibus vulgus auctoritate philosophorum, philosophos scientia ad vitam honestam finemque felicitatis esse ducentes.

- Respondemus - 1.) Si possibile id esset certe currentibus saeculis factum fuisset. - Historia vero negat factum esse. 2.) Neque a "philosophia et religione futura" (Phil. u. Relig. d. Lukumf¹⁰) salus est expectanda, quia a) difficultates naturam humanam impediētes pro tot saecula remanent eadem et in posterum b) problema religiosum non pendet a progressu scientiae empiricae, c) progressum sequitur in decursu temporum regressus.

Plurima Aegyptiorum, Assyriorum aliorumque populorum praecela-
re inventa oblivione oblitterata sunt &) genus humanum qualibet tem-
pore obligatur in finem recta via tendere indigetque proinde sem-
per vera cognitione viae et efficaci motivo vitae.

3. Neque eligi possunt, quaedam veritates communiter a maioribus
agnitae, quia a) tales veritates religiosas iudicari a philosophis
non possunt; aut b) citra influxum revelationis non sunt ortae aut
c) debita certitudine et efficacia in populo necessaria defici-
unt. Ita Laclanlius (de iudic. l. 3. c. 27, nihil ponderis illa
praeccepta (ab hominibus profecta) habent, quia sunt humana ...
Nemo igitur credit, quia tam se hominem putat esse, qui audit,
quam est ille, qui praecipit. -

Imprimis vero notandum philosophiam a revelatione solutam
in antiquos pantheismi, materialismi et scepticismi inci-
disse errores et ducere ad desperationem pessimismi (Scho-
penhauer v. Hartmann).

Itaque p. 2. (Proposito fine supernaturali hominis est revela-
tio supernaturalis, cuiuslibet homini absolute necessaria).

Postea, quae diximus de utroque ordine, naturali et supernaturali
frag. 2, brevis esse potest argumentatio haec: finis ultimus ho-
minis obtinendus est a) radicaliter cognoscendo eum,
b) formaliter amando ipsum; hi adus in termino as-
secuto fine, quiescunt fruendo Deo, summo Vere, Bone et
Pulchro. In viam vero tendunt uti media in finem,
vitamque beatam inchoant.

Atqui media debent esse proportionata fini, vix termino; (sicut radice arboris eiusdem floribus et fructibus, "ò fieri" rei-facto esse, *ἡ ἀρχὴ ὅτι τὸ τέλος* definitivum suum; deo *Werdegung dem Gewordensein*). Ego finis supernaturalis (actus vitalis cognoscendi intuitive et amandi Deum participando vitam Divinam) exigit actus cognoscendi et amandi supernaturales filii adoptivi, qui essentialiter seu specificè perfectiores sunt actibus naturalibus cognoscendi et amandi Deum ex parte hominis servi. -

Perfectio hæc habetur a) ratione obiecti materialis, quod etiam mysteria immo ea principaliter amplectetur; omnino ut nosse mysteria Dei amantis et amati;

b) ratione obiecti formalis (motivi) determinatur actus supernaturalis auctoritate Dei loquentis (fides, spes, caritas) - dum actum naturalem determinat interna rei ratio mente percepta;

c) principium efficiens actum supernaturalem est immediata operatio Dei mentem illustrantis et voluntatem inspirantis - dum in actu naturali principium est veri capacitas bonique appetitus, cui respondet ratio veri et boni obiectiva; quapropter a) valor et dignitas actuum supernaturalium (meritum) est essentialiter maior præ naturalibus. Sicut generatio accipit homo potentiam in-
1.º gendi et volendi ad progressum vite naturalis et quie-

tem in fine naturali: - ita regeneratione (Jo. III. „Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu s., non potest introire in regnum coelorum) accipit homo christianus habitus (potentias) fidei, spei et charitatis, perficientes et elevandas intellectum et voluntatem ad vitam supernaturalem in via et quietem beatificam in fine supernaturali visionis Dei. (Visio „facie ad faciem“ opponitur cognitioni Dei „in aenigmate, per speculum, ex parte“ 1. Cor. 13. 12).

Quod dictum est de vita seu de ordine credendorum et agendorum - valet quoque de cultu divino, ut parte parti agendorum essentiali et praecipuae; ergo cultus quoque debet esse supernaturalis - seu revelatus sensu proprio. (Vide def. res.)

Cap. III. De criteriis revelationis.

Ex cognita possibilitate immo necessitate revelationis logica necessitate sequitur - obligatio inquirendi, utrum Deus revelaverit. Hanc obligationem negligere vel statuere indifferens esse, qualem formam religionis quis elegerit - est error et peccatum, violans absolutum Dei dominium.

Hinc reprobata est sententia indifferentismi Syst. prop. 15 „Libere utriusque est eam amplecti ac profiteri religionem, quam rationis lumine quis ductus veram probaverit.“

Natura hominis, uti entis rationalis et liberi exigit Necessitas criteri-
1.) motiva certa facti revelationis, quibus eius credibi- orum revelationis
litas et credentitas (obligatio credendi) manifestetur; etates communes.

Et cum veritas revelata atque ac veritas naturalis pro omnibus hominibus ali medium ad finem absolute necessarium a Deo procedat, debet habere valorem obiectivum et universalem - 3.) cuiuslibet sanae menti cognoscibilem et laudem 4.) propter continuam identitatem socialis formae (ecclesiae), in qua revelatio veluti invocata est - debent motiva haec in essentialibus esse perennia (nullo tempore prorsus deficere).

Cum certitudo ex criterio veritatis oriatur, apparet ex dictis a) criteriorum revelationis necessitas et b) eorum proprietates generales quatuor (supra 1) - 4)).

Necesse dicendum est indoles criteriorum revelationis apparet ex hac analysi actus fidei e.g. mysterii ss. Trinitatis.

Si Deus-infinita scientia et veracitas (auctoritas) loquitur, credendum est. Alqui Deus locutus est (revelavit), se esse unum secundum naturam et binum in personis.

Ergo credendum est Deum esse unum et binum.

Prop. maior est certa ex tractatu de Deo (sect. I.) et continet auctoritatem Dei.

Prop. minor asserit factum revelationis - quod testimonio probandum est, facta inquisitione historico-critica. -

Supposita certitudine („credibilitate“) utriusque praemissae, evidens est obligatio credendi, „credentitas“.

Uero actus fidei sequatur (sive obligatio evidens ac impli-
atur) requiritur voluntatis imperium, quod certe non de-
est, si rationaliter conformiter ad motiva rationis in
minori) agitur. Attamen desse potest, quia voluntas
libera etiam specialis motivis maioribus eligere potest,
„non credere“ (irrationabiliter).

Motiva enim tum in maiore tum in minore
(„praecambula fidei“) opposita non quidem evidenter sed
apparenter vera adduci possunt et adducuntur ab incre-
dulis. Habetur et „rationabile“ obsequium et libertas ser-
vatur.

Naturale lumen rationis et naturale bonum appeti-
tus voluntatis cooperantur cum supernaturali illustra-
tione et inspiratione Dei per gratiam, quia agitur de a-
ctu supernaturali: — (Confer tract. de analysi actus fi-
dei et de gratia.)

Ex his apparet actum fidei esse formaliter actum intellectus
(„rationi consentaneum obsequium“ Volz.) sed „imperat-
um a voluntate.“ — Revelata veritas in se (intrinsicam
rationem) non est evidens; obligatio credendi est evidens, ea
evidentia, quae in historico-criticis haberi potest. —

Quo propter posita haec evidentia, „sine nota levitatis et
imprudenter non potest aliquis formidare de veritate re-
ligionis et dogmatis catholici.“ (Klengenbr. p. 113).

Innocentius XII. (2. Martii 1679) damnavit prop.: „Assensus fidei“

supernaturali potest stare cum nobilitate tantum probabili revelati-
onis, imo cum formidine ne non sit locus Dei. —

Demonstratio Christiana itaque non refugnat actui fidei, qua-
tenus libere et cooperante gratia ponitur, quia hoc exclu-
dit quidem „rationes assensus intrinsicas prospectas” mini-
me vero rationes (motiva) credibilitatis. — („auctoritas Dei - maior-
loquentis” (minor prop.).

Divisio criteriorum: critera, quibus revelatio uti divina exlo cognoscatur et a quali-
bet alia veritate discernatur, sunt duplicis generis 1^o interna,
2^o externa. Duo enim elementa in manifestatione idearum
(sive hominis sive Dei) distinguenda sunt. Primum ideae ipsae
prout veritatem obiectivam continent (inhalt, Offenbarungsinhalt), alterum est aliquod signum seu factum, quo ideae ve-
luti incarnatae fiunt homini cognoscibiles. —

Criteria interna respiciunt elementum primum, externa
secundum. Criteria interna alia sunt 1) negativa, alia 2) po-
sitiva.

Negativa sunt, quorum defectus exlo indicat doctrinam
non esse revelatam. Eiusmodi sunt: non refugnantia
cum ratione et modum honestate. — Haec criteria fundan-
tur in eo, quod revelatio et rationalis veritas sibi contradicere
non possunt, cum ex eodem fonte, Deo, promanant.

Positiva sunt tales dotes excellentes revelationis, quae sua
praesentia produunt doctrinae originem divinam e.g. eius
sublimitas, sanctitas, mira in perficiendo homine efficacia etc.

Criterio externa sunt quaedam facta sensibilia, quae doctrinam propositam comitantur et veluti circumvestiunt et dum certo cognoscuntur esse originis divinae, doctrinam ipsam divinae originis declarant. Talia sunt miracula et portentia.

Criteriis internis desunt proprietates communes supra enumeratae, ut possint esse criteria certa pro omnibus. Sunt enim ambigua, subiectiva, paucis accommodata et fidem plerumque supponunt ut vim laudatam exercent. - Negativa praeslant possibilitatem, positiva probabilitatem, externa sola certam veritatem revelationis. Non sunt illa interna prorsus respicienda sed necessario fixa externa complenda. Illa suadent, ista persuadent divinam doctrinae originem, illa intelligentiam modi, quo res sit, promittunt, ista factum, an res sit, credibile et exequendum reddunt. Hinc ipse Christus apud Jo. 7. 17. „ Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar.“

Apologetae veteres et moderni internis, imprimis positivis, utuntur ad suadendam congruentiam etiam mysteriorum sed ad demonstrandum, externa adhibent, miracula et portentia.

Protestantismus (ipse Luther) usum criteriolorum internorum praefere coepit fidem divinam „ interno testimonio Spiritus sancti“ invisibili docens; rationalismus semen subiectivismi iaculum ita evoluit, ut doceat revelationem suam intrinseca veritate

(durch den „Inhalt“) uti, divinam manifestari debere; re-
velationem esse „clarioris representationis veritatum
rationalium“ („geläuterte Darstellung der Vernunftli-
den.“)

Si ita est, tunc profecto sola revelatio non est nisi evo-
lutio cognitionis rationalis (Confer. Scholion pag. 5.) religionae.
Immo in ipso Christo nullum agnoscendum est miraculum
Incarnationis; sed ipse, purus homo, fructus est naturalis
inwardore humani generis; religio christiana estphasıs ev-
lutionis hucusque perfectissima sed non profectiore substitu-
da („Religion d. Zukunft“). -

Miter Apostolus Paulus de miraculo *κατ' εἶδος* (1 Cor. 13, 14)
„Si Christus non resurrexisset, inanis est nostra praedicationis, i-
naniis est fides nostra.“

Ha omnes apologetae veteres. Hinc Conc. Vatic. sess. 3. defi-
de can. 3: „Si quis dixerit, revelationem Divinam externis si-
gnis credibilem fieri non posse, ideoque sola interna cu-
iusque experientia aut inspiratione privata homines ad
fidem moveri debere, A. P!“

Et rationem exteriorum externorum declarans idem
Conc. l. c. cap. 3. docet: „Ut fidei nostrae obsequium ratio-
ni consentaneum esset, voluit Deus cum internis Spiri-
tus s. auxiliis externa iungi revelationis suae argumenta,
facta scilicet divina atque imprecis miracula et propheli-
ca, quae quom Dei omnipotentiam et infinitatem persenti-
am luculenter commoustrant, divinae revelationis signa

sunt certissima et omnium intelligentias accommodata."

Quibus praemissis statuitur:

Thesis III. I. Exposita notione miraculi II. probatio eius
possibilitas.

Miraculi notio. Miraculum sensu strictiori seu the- Notio
ologico describitur: Miraculum est eventus 1) extraordinari-
us 2) sensibus cognoscibilis 3) cuius causa adaequata in na-
turali ordine causarum creaturarum non est ideoque ad Deum
tamquam suam causam supernaturalem referri debet.

Vocabulum „miraculum“ (a mirando) a primo elemen-
to (a) desumitur; miramur (divine se, deo) eminde „ex-
traordinariis“, (portenta, prodigia, דאָװערלעװען, ד׳ן ד׳ן).

Eventus supernaturales divinitus effecti e.g. remissio pec-
catorum et regeneratio in sacramentis, quia ordinem supernaturalem sacrilificandi homines constituunt et non sunt
„extraordinarii“ neque „sensibus cognoscibiles“ - miraculis, non
sensu stricto non adnumerantur. - Perceptibilitas miraculi
sensibus, imprimis visu - (ראַזען) - nomen „ראַזען“ pa-
rit.

Ratio „signi“ sensibilis (σημείον; ד׳ן ד׳ן) teleologica miraculi esse sigillum verbi Dei, indicat. Tertia denomina-
tio ד׳ן ד׳ן ד׳ן = דורו מעי = virtutes, manifestationum divinae
potentiae continent. Haec est specificata ideoque principalis
nota miraculi et in eo est, quod eventus a) in causis ne-
turalibus - (comprehensa etiam causa prima) (Deo) na-

tualiter conseruante et conuurrente) - rationem sufficientem sui non habet sed b) immediatam activitatem Dei ad causam adaequatam statuendam exigis. Haec causa „adaequata“ non excludit cooperationem causarum naturalium secundarum tanquam instrumentalium.

Primo loco nominanda est per excellentiam humana natura Iesu Christi, - Dei-hominis, deinde cooperatio angelorum, legatorum divinitus electorum, uti Moysis prophetarum et Apostolorum, immo etiam hominum peccatorum, haereticorum, incredulorum et creaturarum irrationalium - non excluditur.

Nunquam vero exori vel rei inhonestae sed unice veritati confirmandae miraculum Divina Providentia positive velle vel permittere potest. (Aug. Hieron., Chrysost., Suarez, qui hoc confirmat exemplo ministris sacramenti peccatoris et haeretici). Idem confirmant testimonia Luc. 7:22

„Caeci vident, claudi ambulant, leprosi immolantur, surdi audiunt, mortui resurgunt.“ Joau. 10. 39. : „Si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis, quia Pater in me est et ego in Patre, - Chrys. (Hom. 36 in Gen.) miraculum dicit esse ἰσχυρὸν ἔργον et b) comparatio definitionis cum factis, quae uti miracula argumenta revelationis habentur, ostendunt definitionem esse rectam.

Divisio:

Dividitur vero miraculum iuxta disproportionem effectus ad viros ordinis naturae - minime vero ex comparatione

potentiae divinae (I. q. 115. a. 8.) - :. Secundum quod magis ex-
cedit facultatem naturae, secundum hoc magis miraculum
dicitur. - Hinc : 1^o Miraculum, quoad substantiam; (i. sum-
mus gradus in miraculis" b.c.) aliquid excedit facultatem
naturae, quantum ad substantiam facti. ex), quantum ad id,
quod fit (glorificatio corporis, scilicet corpus animale resur-
git spirituale etc. i Cor. 15. 35.) - b), quantum ad obiectum, in
quo fit (resuscitatio Lazari - forma vitae in cadavere in-
ducitur). Miracula sub a) et b) etiam miracula "supra
et contra naturam" dicuntur. 2^o Miraculum, quoad modum;
cūm eventus excedit facultatem naturae quoad modum,
quo fit (in instanti sanatur aegrotus, statim" (Marc) fi-
cus probata maledictione nolui arecit, aqua fit vinum
in tana Gal. etc. Talia etiam miracula praeter na-
turam dicuntur. (Thom. de Poleul. q. 6. a 2). -

Demonstratur miraculi possibilitas.

Deus est causa prima et finis ultimus omnium rerum praeter
Ipsum ita, ut 1) earum possibilitas, realitas et
activitas ab Eo absolute dependeat et 2) ordo natura-
lis rerum secundum eò esse et eò agere liberam volunta-
te Dei esse in se finite nullis possibilibus eleolus sicut quidem
physice (ideoque hypothetice scilicet sub hypothesis creati-
onis) necessarius, minime vero metaphysice seu abso-

lute sicut ordo veri et boni moralis ergo 3) hic ordo naturalis perfectionis finitae, ordinarie quidem constans, extraordinaria immediata activitate Dei ad eò agere tanto perfectius determinari potest, quo perfectior est causa infinita prae causa finita; eò esse rerum finitarum talem activitatem creatoris recipiens, obedientiam potentialis "habere dicitur i.e. obedire potest imperio voluntatis divinae, quae non quidem temere, sed summa Sapientia ordinem naturalem tanquam medium ad docendum ordinem superioris veritatis et moralitatis a-ctus adhibet a) revelatione naturali; per phaenomena naturae ordinaria manifestans nomen veri et boni ordinis naturalis; b) revelatione supernaturali; per phaenomena extraordinaria manifestans ordinem salutis supernaturalem.

Incarnatio Verbi substantialis - est prologo huius revelationis verbi Dei per miracula (dicta per facta sigillantur).

Tali activitati omnipotentiae Dei, naturae dum, obediens est - 4) non destruitur a) neque universi ordo committitur; neque tollitur lex specialis supra vel contra quam fit miraculum (e.g. ignis urit naturaliter etsi in casu non ussit fucos); imo c) in ipso casu miraculi neque substantia materia destruitur, neque lex formula mathematica, eò agere i.e. relationem inter causam natu-

scalem eiusque effectum ordinarium exprimens, tollitur, sed causa melior aut inspirando suspendendo concursus aut vi altiore immediate, positive influendo.

Confirmatio argumenti.

Analogia huius influxus divini elevantis vires naturales, ut inserviant fini ultimo supernaturali - habetur in universa natura. In ea enim vires anorganicae specificiter mutantur in suis functionibus in ordine altiore sicut vires organicae plantarum, vires organicae instrumentum intrinsecum animae fiunt in vita sensitiva; vires organicae, anorganicae et sensitivae inserviunt spiritui humano in ordine rationali ad constituendam culturam eiusque progressum; haec analogia non solum possibilitatem sed ipsam congruentiam et relativam (hypotheticam) miraculi necessitatem suadet, ut ordo coepit per causam primam concludatur fine ultimo, cui serviunt debent omnia.

Deus revelans mysteria et operans miracula se habet ad ordinem vitamque rationalem - sicut vita rationalis ad ordinem vitamque irrationalem.

Uusus orationis apud omnes gentes est signum universalis persuasionis influxus divini extraordinarii.

Obicientibus 1.) Spinozae et Krauss - miraculum esse correctionem ordinis naturalis, cuius defectus et consequenter imperfectio Dei supponitur.

Resp: miraculum supponit ordinem naturalem finalis perfectionis, qui proinde ad perfectiora et extraordinaria a Deo determinari potest.

2) Schelling ^{is} et Strauss ^{is} objicientibus: si Deus actus purissimus et immediate agens, creaturam posse esse solummodo passivam, quapropter excludi actus vitales.

Resp: Si valeret objectio probaret neque concursum et Providentiam naturalem esse possibilem; Deus uti causa universalis commodat se naturis ut earum indolem agendi non destruat sed elevet et perficiat. Deus et mundus non sunt causae coordinatae; synergismus utriusque et factum certum; modus cooperandi est mysterium naturale.

Neque 3. per theoriam et factum miraculi destruitur, contuitas reus causarum naturalium ("Zurlöcherung d. Kausalsammenhanges") et certitudo scientiae naturalis, ac si cum semel immediate Deus causa est eventus, semper esse posset, ideoque nunquam certitudo effectus haberetur ex causa naturali. (Strauss - Feuerbach - Tyndall)

Resp: Per miraculum neque omnes leges universi neque specialis lex in casu miraculi tollitur, sed influxu altioris causae (Dei) modificatur et suppletur vel in actu secundo suspenditur. Exceptio non tollit, sed firmat legem. Neque arbitrarie et sine ratione sufficiente omnibus cognoscibili, sed ex sapientissimo Dei Providentia miraculum fit, uti medium ad finem altiorem (confer dicta prius.)

IV. Thesis. Miraculum cognoscibile est tum I.) in se uti eventus supernaturalis a quolibet effectu naturali distinctus tum II. relativo prout criterii rationem habet, quo revelatio agnoscaturo divina - idque III.) si non semper singillatim et abstracte consideratum, saepe tamen, praesertim si plura miracula concurrant et in concreto omnes circumstantiae attendantur.

Demonstratio I. partis: tum agitur de cognoscibilitate miraculi triplex quaestio est distinguenda: 1. quaestio historica facti sensibilis e.g. Christus Lazarum resuscitavit; 2) quaestio philosophica eaque a) de causa efficiente Deo, scilicet uti causa principali b) de causa finali (quaestio teleologica, seu de vi demonstrativa miraculi.)

Jam vero, quod primam quaestionem attinet, methodo- Ad 1.
historico-critica haec facta a) testibus immediatis certo posse imo debuisse cognosci et b) sicut quaelibet alia facta historica, probari posse fuisse nobis fideliter transmissa - si quis negat, negare quoque debet cognoscibilitatem historiae universim.

Imo cum agitur de factis extraordinariis, in sensus insensibilibus, facilius et acutius attenduntur ab hominibus.

Principia quaestio est secunda. Attendatur limitatio af- Ad 2
firmationis in thesi sub III. posita. Non affirmamus, quemlibet eventum objective supernaturalem, per se et abstrahendo ab eius nexu cum aliis miraculis omnibusque circumstantiis, certo cognosci et a quolibet eventu naturali dignosci

posse. Linea enim praecisa demarcationis ordinis naturalis et
supernaturalis solo intellectu infinito, minime vero a finito
humano cognoscitur. Hinc de singulis factis in confiniibus
(crosshairs, ino. Grenzgebieten) utriusque ordinis dubium eti-
am peritissimis insolubile manere potest. Sic non raro in
vita beatorum accidit, et personae, etiam pioe, naturali
hanc ignorantia, vel abnormali quodam statu psychico-so-
matico in magnetismo, somnambulismo, hypnotismo, spi-
ritismo etc, falli aliosque fallere possunt. Neque operatio et illa-
tio malorum spirituum excluditur, quorum ante probatam
existentiam, saltem possibilitas admittenda est. Hi, utique, si-
cut et spiritus boni, maiore virium naturalium cogniti-
one excellere possunt (et vera excellunt), sed per se supra
et contra vires naturales nihil efficere possunt; ideoque spi-
rituum, in viribus malorum, effectus miri proprie dicta
miracula non sunt et uti talia ex criterio negativo, ab-
tenta Providentia Divina, cognosci possunt (Vide infra).
Attamen ex hoc, quod non omnia et singula facta super-
naturalia a nobis cognosci possunt, non sequitur nullum
factum singulare, mutatis circumstantiis, uti super-
naturale cognosci posse.

Directe quidem sola creatio (et forlasse ei aequivalens actus
e.g. mortui resuscitatio sub quibusdam adiunctis, sicut
in resurrectione Christi) uti actus immediate a Deo, cau-
sa efficiente, proveniens cognosci potest; quoad modum, quo

operatur, immediate et per se cognosci nequit; sed hoc non requiritur dummodo factum, an Deus causa (saltem principalis) sit, cognoscatur. Id autem ex factu sensibili historico, iuxta principium rationis sufficientis ratiocinando cognoscimus, sicut quamlibet causalitatem rerum naturalium. Cognoscibilis autem ratio formalis miraculi (causalitas Divina) est 1^o criterium negativum 2^o criterium positivum; illud probant eventum ad Deum uti causam referri posse, haec probant actu referri.

Ad 1^o: Sunt vero criteria negativa haec: a) ut sit eventus in se, suis circumstantiis suoque fine Deo dignus; b) ut finis proximus prosit salutem corporis vel animae et proxime vel remote referatur ad ordinem salutis aeternae c) ut doctrina miraculo formanda ordini veri bonique morali non sit evidenter adversa; d) Thaumaturgus "ne sit inhonestus, talis enim reddit. "miraculum", quod patrare se dicit, improbabile.

Haec criteria uti sunt iam apologiae veteres (Orig. e. Hel. II, Thon. c. haeres. II; imprimis characterem Christi et Appl. urget Orig. l. c. Euseb, dem. ev. III. - et sana ratio eadem exigit.) -

Ad 2^o: Positiva vero criteria miraculi sunt: a) certa cognitio determinatae legis naturalae supra quam (v. contra quam) eventus fit; e.g. cadaver "ianu foetus" evolutio physi- co chimice et solvitur; b) certa cognitio eventum negat

ulla alia lege naturali abscondita fieri potuisse (e.g. in caso Lavoisier nullam aliam legem naturalem reviviscantiam efficere posse). Universa scientia naturalis, ubi certa legum naturalium cognitio habetur, testis est necessitatis physicae determinati effectus naturalis, ideoque impossibile esse physice, ut posita causa, effectus non sequatur, iuxta principia de constanti quantitate materiae et energiae mutatis eius formis (see Lavoisier, Meyer, Joule, Helmholtz). Omnia enim iuxta numerum, pondus et mensuram^o mathematico determinata sunt. - Ideo periti cum certitudine physica scire possunt, sitne aliquis eventus extraordinarius viribus naturalibus proportionatus nec ne.

Quodsi positive et absolute omne dubium non excluderetur de constantia et extensione harum legum naturalium, saltem negative et relative id assequimur. Etenim in constanti ordine physico (e.g. certe mortuos nulla vi naturali ignota iterum reviviscere) fundatur universus ordo socialis et moralis (proprietas, vitae securitas, obligatio vitae et valetudinis curandae etc), qui simul cum ordine physico Divinae Providentiae subest.

Certitudo ordinis naturalis per se physica, ex hoc nexu evadit metaphysica.

Præcedentibus solvitur obiectio a Spinoza (ep. 23.) facta et ab aliis constantiter repetita: an nos homines tantam naturae cognitionem habeamus, ut determinare possimus

quousque eius vis et potentia se extendat°.

Resp: Et si positive resciamus, quousque se extendat, negative scire possumus, quousque se non extendat (e.g. oculus audire non potest; homo certe mortuus naturaliter non reviviscit, etc...

Si obiectio valeret, non solum miraculorum, sed ipsarum legum naturalium cognoscibilitas tolleretur. Universus ordo cosmicus ita connexus est, ut, licet confines confluant, tamen ordo anorganicorum, organicorum, viventium sensitive et intellectivo - certitudine scientifica discernantur.

Ergo a pari in casu ordinis naturalis et supernaturalis; attestat eandem Dei Providentiā.

Ad III. p. - Circumstantiae cognoscibilitatem miraculi invocantes sub I. criteriis negativis adhibuimus; - quae si attenduntur possumus ita arguere: Duo a) intellectus humanus magis veritati asequendae studet et b) voluntas, quae religiose disposita ad inquirendum, an Deus sit locutus, Eius obsequium rationale praestandum, eo firmiter adhaeret sententiae Deum esse locutum, verbumque suum factis sibi propriis i.e. miraculis sigillasse. Contra voluntas levitate et passione obrepta mentem a studiosa veritatis inquisitione avertens, - factum locutionis et veritatem miraculorum negans -, veritatem asequeretur. Ultimum, cum sit absurdum, remanet firmum: Cognoscibilitas et revelatione demonstrandi efficacia (Pignatelli a k dicitur a reverentis oblat)

Erkennbarkeit u. Beweiskraft des Wunders).

Quod si in singulis miraculis qualiscunque possibilitas ex-
toris admittatur, eadem, multiplicato numero mira-
culorum sub diversis circumstantiis personarum, locorum
et temporum, omni certitudine in hac re possibili
excluditur.

Hicce transitur ad II. p. Demonstrationem: „Miraculum
habet rationem criterii ad probandam revelatio-
nis originem divinam.“ -

Argumentum: Deus non potest testimonio suo confir-
mare doctrinam mendacem. Atqui si Deus ad invo-
cationem illius, qui doctrinam mendacem tanquam di-
vinam proponit, habeat miracula, ipso facto con-
currat et modo plane divino ad confirmandum men-
daciurn. Ergo si qua doctrina miraculo confirmatur,
miraculum conseri debet testimonium ipsius Dei
pro illius doctrinae veritate.

Minor prop. patet ex 1) conceptu miraculi^{*)} ad fac-
tum et obiectum revelationis, est enim sigillum, quo
Deus specialiter mentem et voluntatem suam ma-
nifestat (Lugo) 3) ex Providentia divina, quae
permittere nequit, ut homo invicibiliter in errorem
inducatur et 4) ex universali consensu hominum,
miraculum esse testimonium Dei veritatis confirmandae.

*) uti effectus solius Dei proprii, 2) ex relatione miraculi...

Quare objicientibus 1.) miraculum, utpote effectum finitum, non permittere conclusionem ad causam infinitam resp: essentia eiusque perfectio est per se finita; modus, quo fit "supra et praeter" vires naturae, probat causam supernaturalem, transcendentem; sicut creatio mundi, licet finita, probat existentiam Entis infiniti, Dei 2.) "Pseudoprophetas et pseudo-christi" (Math. 24. 24) signa et prodigia mendacia" (II. Thessal. 2. 9.) supposita Providentia Dei, quae ultra vires homines tentari non permittit - veritatem, cognoscibilitatem et vim demonstrandi miraculorum non excludunt; sicut pseudo-critica et pseudophilosophia evidentiam utriusque criterium veritatis, veramque philosophiam non excludunt, sed supponunt, uti nummi falsi nummos geminos. 3.) Quodsi aliqui Patres vim demonstrandi miraculis ex solo nexu cum vaticiniis, reliquisque adiunctis thaumaturgi, doctrinae etc. attribuere videntur (Thyrs. Jo. hom. 24) - iam in praecedentibus monuimus, nos non de singulis quibuscumque miraculis, per se et abstracte seorsim ab omnibus circumstantiis consideratis affirmare; eadem habere vim testimonii divini omnibus cognoscibilis.

Thes. V. 1. Ex tradita notione vaticinii 2. eius possibilitas et 3.) vis demonstrandi divinae originis, doctrinae derivatae. 4.) Cognoscibilitas vaticinii veri eiusque distinctio ab oraculis antiquorum aequae ac somnambularum et spiritismo moderno, patet methodo historico -

critica et criteriis tum negativis tum positivis.

Demonstratio 1.ª: Vaticinium (vates - γάτης a γημί et canore) - sensu strictiori sumitur ac prophelia (προφημί), quae quemlibet numinum ablatum a Deo per hominem significat; hinc divisio V. T. in legem et prophetas (X. 1. 1 מלווה, Sprecher sc. nomen Dei).

Attamen etiam sensu strictiori passim prophelias adhibetur et definitio cum vaticinio ita: Certa praedictio futuri eventus, qui ex principis naturalibus praesciri non potest. -

Dicitur „certa praedictio, ut a coniectura probabilis distinguatur e.g. de rebus politicis.

„praedictio“ - supponit cognitionem „primo et principaliter“ (Thom. II. II. q. 74 a. 1.)

„futuri eventus“ - obiectum vaticinandi praecipuum sunt a) actus hominum liberi eorumque cogitationes internas (καρδιόγραφοί) b) etiam necessarii eventus naturales, imprimis tempore et loco remoti, qui a finite mente, ex naturalibus causis cognosci non possunt, e.g. urbs destruenda terraemotu post saecula, vel quae nunc sunt apud antipodas etc.

Sex verba, ex naturalibus causis“ indicatur diver-
men inter scientiam naturae e.g. astronomiae, meteorologiae etc. et cognitionem immediate a Deo omniscio homini communicatam in vaticinio seu

prophetia. Attentis signis distinguitur vaticinium
a) verbale e.g. Is. 7. 14: „Ecce virgo concipiet... b) reale
seu hypologicum, quatenus personae vel institutiones
et eventus V. T. praeter suam historicam et im-
mediatam significationem, habent quoque signi-
ficationem personarum, institutionum et eventuum
N. T. e.g. Adam (Rom V. 12) - Melchisedech (Hebr.
VII. 3) - Jonas - praefigurantes (vaticinantes) Chri-
stum; manna et agnus paschalis tyfus eucharisti-
ae et sacrificii crucis etc. (Confer. ep. Hebr. - Galat...)

Demonstratio 2.ª: Possibilitas vaticinii patet a) ex
infinita intelligentia Dei comprehendente omne ve-
rum, eaque independente a tempore et loco et deter-
minatione extrinseca; in obiectis, etsi „non esse phy-
sicum“ (skutečnou existenci) - Wirklichkeit, tamen „esse
logicum“ (pravdu tudiz od věčnosti formatelnou) ha-
bentibus, scientia Dei terminatur, non ab eis determina-
tur (Confer scripta de libertate, obiectiones ex praescienti-
a Dei pag. 161), Deum posse hominem tanquam cau-
sam instrumentalem eligere ad promulgandum
vaticinium, patet pariter ex relatione causae pri-
mae ad causas secundas. Certam conscientiam (vi-
dovú) vaticinii Deus in mente humana efficere po-
test, sive patefactis motivis obiectivis sive efficiendo
immediate in subiecto hanc certitudinem. Ceterum

absolute necessarium non est, ut vates ita vaticinii sit conscius, dummodo ab iis cognoscatur, ad quos dirigitur. Ipse lic. (de divinat. T. 5.): *Isa reciprocantur, ut si divinatio sit, et dicitur, et, si dicitur, sit et divinatio.* - Patres communiter omnes.

Demonstratio 3.ª: *Vis demonstrandi vaticinii fundatur in eius exclusiva origine a Dei Omniscientia sicut de vero miraculo cum Dei omnipotentia dictum est.*

Ego cum vaticinium ad probandam divinam originem alicuius rei (doctrinae vel instituti) a vate adhibetur, est sigillum authenticum veritatis assertor, sicut sigillum regium manifestat voluntatem (verbum) regiam. Sigillum regium fallit vel a) si falsum ablatum adhibetur vel b) si imitatione fingitur. - Quoad miraculum et vaticinium alterum tantum locum habere potest.

Fideli miraculis, imitatione" (napodobitno, Nachahmung) respondent falsa vaticinia. Eadem vel.) sunt cognitiones ex causis naturalibus haustae vel 2. fortuito (sine cognitione), quae casus, fortuito eveniunt. Utrumque debet ecclesiastici inquisitione philosophica de causalitate cognitionis et de possibilitate eventus, casu" (nahodou, Zufall).

Fortuita impletio praedictionis excluditur iuxta regulas algebraicas de verosimilitudine, possibilitate. - Quo maior est numerus praedictionum (determinationum) de personis, loco tempore, circumstantiis, quoque praedicti-

ones magis determinatae et non ambiguae, eo minus est probabilitas eventus sic determinati. Si probabilitas pro singulis = $\frac{1}{10}$, erit probabilitas pro simultanea coincidentia determinationum e.g. duorum = $\frac{1}{10} \times \frac{1}{10} = \frac{1}{100}$, pro decem determinationibus praedictis P (probabilitas) = $\frac{1}{10.000.000.000}$ = fere 0 i.e. casu fortuito (νόηστον) talis eventus non fiet.

Attendantur „praeparationem evangelicam“ inde ab initio generis humani, systematico complexo factorum historicorum praedicti, ut appareat impossibilitas casus fortuiti in adimplentione omnium (Pesch. T. n. 244).

Hinc prophetae, Christus, Apostoli et apologetae christiani omnes ad vaticinia tanquam criteria divinae legationis, divinaeque originis doctrinae propositae appellavit.


Demonstratio 4^a: factum vaticinii prolati, eius adimplentio tempore statuto - methodo-historico-critico, sicut quodlibet factum probatur. - Non potuisse eventum cognosci ex causis naturalibus, ideoque non esse fictum vaticinium, cognoscitur, sicut de miraculo dictum est, tunc criteriis negativis tum positivis (Confer Theos. IV.).

Scholion. Oracula antequam manticas veterum, somnambulismus (hypnotismus) et spiritismus modernis tum quaestione philosophica de causalitate horum phaenomenorum - apparent, si non omnia et singula, certe in sua

genere essentialiter diversa a miraculis et vaticiniis. Originem habent aut ex causis naturalibus psycho-somaticis, aut in casibus occultissimi ex operatione malorum spirituum opera Dei ad fallendum imitantium. —

Haec sententia, quatenus affirmativa est, non excludit influxum malorum spirituum ad fallendos homines, quoad ea facta, si quae probantur, quae ex causis naturalibus explicari non possunt. Talia „vaticinia” sensu lato „prophetia secundum quid” (Thom. II. II. q. 172. a 5) dicuntur. „Cognoscunt daemones quaedam etiam sua naturali cognitione, quae possunt hominibus revelare.” (S. Thomas ibid.)

Tertullianus (apolog. c. 22), Lactantius, Cyprianus, Origenes, Eusebius H. E., Aug. de Civ. Dei et alii, ipsi quoque scriptores profani. Soetates H. E. III, Poromenus H. E. 19., Ammianus Marcellinus 22. 12 — agnoscunt in oraculis instrumentum, quo „princeps huius mundi,” Satan, regnum suum peccati et erroris contra regnum Dei stabilire conatur. Confer Act. 16. 16-18, Matth. 12. 24, Luc. 8. 31. etc. (Vide scripta, Psychol. de Hypnotismo et Spiritismo, pag 57 seqq:). —



Articulus II.

De historica veritate revelationis christianae seu de

Christo legato divino ipsoque Deo.

Praenotiones. Duo nobis in hoc articulo praestanda sunt:
1) revelationem christianam esse factum historicum;
2) habereque Deum ipsum auctorem.

Sequentes methodum geneticam (historicam) quatinus,
qua ratione primi christiani de utraque veritate funda-
mentali certiores facti sunt et responderunt:

VII. Thesi: Medium et organum authenticum propagan-
dae et conservandae inter iudaeos et gentes revelationis
christianae erat 1) magisterium authenticum Christi et Apo-
stolorum; 2) nullatenus vero medium unicum est seu
Scriptura, nulloque minus fons, ex quo singuli independen-
ter ab authentico visibilique magisterio religionem christi-
anam sibi hauriant. Ergo 3) eadem ratio etiam in poste-
rum revelatio christiana propaganda et conservanda est
principium formale catholicum. -

Demonstratio Arg. 1. (Ex praxi Christi et Apostolorum):

Christus ipse non scribendo, sed viva voce praedicando
docuit; apostolis vocalis non dixit, „sedentes scribite“, sed
„euntes docete“; (Math. 28. 19) neque aliis hominibus dixit:
„Qui non legit et intellexerit, condemnabitur.“ (Matth. 13. 14)
Auctoritati docendi - respondet obligatio credendi

(obediendi) ὑπακοή πύρωσιν (Rom. 1.5.)

Apostoli ipsi post ascensionem Domini eadem ratione mandatum Christi intellexerunt et executioni mandaverunt, oretinus praedicantes et ecclesias fundantes illos instituerunt, qui ipsorum loco alios iterum instituerent. Quae audisti a me, - scribit Paulus Timotheo 2 ep. 2.2. - per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere." (Confer Math. 28.18: "Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes docentes ea servare omnia, quaecumque mandavi vobis: et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi." - Marc. 16.15- Act. 1.8: Exiis mihi testes in Jerusalem et in omni Judaea et Samaria et usque ad ultimum terrae. - Jo. 14.16: "Ego rogabo Patrem et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum aeternum . . . Jo 14.26 . . . ille docebit vos omnia et suggeret vobis omnia, quaecumque dicero vobis."

Haec est ratio suprema auctoritatis et obligationis (Luc. 10.16):
"Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit."

Ex hisce factis et dictis Christi et Apostolorum in prima revelationis propositione concludimus: Eadem ratio scilicet magisterium vivum propagandae et conservandae revelationis debet esse medium et organum constans, nisi Christus postea e.g. conclusio N. T. normam aliam (puto S. Scripturam) statuerit. Alqui Christus nihil de tali muta-

tione docuit, neque Scriptura hanc normam tanti momenti promulgat. Ergo medium et organum propagandae et conservandae revelationis est vivum magisterium a Jesu Christo institutum.

Hoc argumentum e silentio ductum ideo est validum, quia Christus in re tanti momenti legem manifestissime promulgare debuisset, agitur enim quaestio, qua ratione judaei et gentes fiunt christiani. Ideo dicitur haec lex, principium formale catholicum, quod apponitur ficto principio formali protestantium, de quo in arg. 2. -

Confirmatur duplici analogia: 1) ex oeconomia V. T. in qua Deus directis verbis voluntatem suam expressit iubens (Ex. 34. 27): „Scribe sibi verba haec, quibus et tecum et cum Israel pepigi foedus. Et nihilominus praeter „Scripturam“ institutum erat magisterium vivum sacerdotale, labia enim sacerdotum custodient scientiam, et legem requirunt ex ore eius, Mal. 2. 7 - Deut. 17. 8 etc. -

Ego a fortiori in N. T. mandatum scribendi datum fuisset si Scriptura unica norma fidei esset. 2) etiam in universa natura lex physiologica originis organismi (in eâ fieri) manet immutabilis ad conservandum et propagandum eundem; violenta eius mutatio corrumpit organismum. Ergo a pari in

plantaorganismi socialis (Ecclesiae) e "grano sinapis" ver-
bi Dei.--

Nota: De assistentia Spiritus s. huic magisterio,
postea sermo redibit. Hoc loco, postquam possibilita-
tem concursus supernaturalis divini probavimus, ean-
dem testimoniis allatis uti factum accipimus et ra-
tionem supremam perennis conservationis revelatae
doctrinae.

Arg. 2. a) (Ex contradictionibus adversariorum).

Adversarii protestantes elapsis 15 saeculis, rei christi-
anae in altera parte theses contentum, solam s. Scri-
pturam. Protestantes de s. Scriptura haec tria docent:
1) libros omnes et solos in canone suo contentos esse
verbum Dei inspiratum; 2) nihil fide divina esse
credendum, quod ex his libris non hauriatur; c) sin-
gulos fideles esse authenticos interpretes sensus. Ego
protestantes a) in ipsa theoria sibi contradicunt
(Confer Pesch, I. p. 340.) b) Porro in praxi protestantes
iam ab initio plura admittunt, quae in Scri-
ptura non continentur, e.g. baptisma parvulorum,
baptisma haereticorum esse validum, diem domi-
nicam esse colendum, licitum esse iurare (Confer
Math 5. 33.) - quae quidem magisterio autentico vivo
(traditione), non vero in Scriptura docentur.

Contra dicunt ergo secundo principio.

Facto ipso dissidii trium capitum reformationis: Lutheri, Calvini et Lvinglii - de fundamentalibus revelationis dogmatibus - e.g. de eucharistia explicando verba s. Scripturae: „Hoc est corpus meum“, exortitur principium 3^{um} Sensum s. Scripturae non esse ubique planum et obvium - probat historiae exegeses et disciplinarum auxiliarum, nec non conatus omnium haereticorum probare suas haereses ex Scriptura. -

Canonem integrum „libros omnes cum omnibus suis partibus“, nec non inspirationem - utifac-
ta, non nisi testimonio Ecclesiae, cui (libri s. Scripturae) uti tales (i.e. „Deum auctorem habentes“) traditi sunt - posse probari, in Introductione ostenditur. -

b) (ex origine, indole atque forma s. Scripturae idem patet.)

1.) Etenim antequam libri s. Scripturae conscripti sunt - constitutae iam erant ecclesiae apostolicae: Hierosolymis, Antiochia, Ephesi, Corinthi, Alexandria, Romae etc.... fides vitaeque christiana vigeant primo charitatis ardore formaque heroica. - Principium erat „obedientia fidei“

quapropter Iren. c. haer. III. 4 scribit: „Quid autem si neque apostoli scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt eis, quibus ecclesias commiserunt? Cui ordinationi assentiunt multae gentes barbarorum, eorum, qui in Christum credunt sive charla et abramento, scriptum habentes in cordibus suis per Spiritum, salutem et veterem traditionem diligenter custodientes.“ Et 1. Jo. 2. 21: „Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam.“ - S. Paulus scribit Thessalonicensibus 2. ep. 2. 14: „Frater date et bene le traditiones, quas didicistis sive per sermonem sive per epistolam nostram.“ Verba praedicationis apostolicae firmantur scriptis evangelicis. Aug. in Joann. tr. 30: „Nos sic audiamus evangelium quasi praesentem Dominum. Tertull. de praeser. - dicit de ecclesiis apostolicis: „apud quas ipsae eorum (Ap.) authenticae litterae recitantur, sonantes vocem et representantes imaginem unius cuiusque (apostoli).“

2. Libri s. Scripturae non sunt methodo systematica conscripti, ut omnia credenda et agenda continerent, sed e contrario hoc consilium excluditur eo, quod scripti sunt data occasione ad ecclesias particulares, personas singulares, ex causa particulari. (Confer Introd. N. T.)

Imo etiam si revera omnem revelationem continerent, methodico digestam, minime ex hoc facto sequeretur, le-

gem fundamentalem, quae iudei et gentes ab initio facti sunt christiani, fuisse abrogatam; sicut eodem legum civilium non excludit sed exigit auctoritatem iudicis, legem interpretantis et obligatorio modo ad causas particulares applicantis. —

Nec institutio magisterii vivi conscriptionem librorum sacrorum excludit; est enim com naturale subsidium docentium et discipulorum littera firmata, sicut Augustinum et Tertullianum exponentes supra audivimus.

Quapropter ipsi orthodoxi protestantes huius rationibus coacti sunt, summi principium fundamentale saltem practice, saepe etiam theoretice derelinquere et praeter s. Scripturam auctoritatem librorum symbolicorum et regimini ecclesiastici (consistorii) admittere.

Rationalistae, subiectivismo per Lutherum statuto inisi, consequenter ad normam solius rationis etiam in rebus religiosis pervenerunt, quod quidem alterum extremum est, cum Lutherus fidem solam, eamque rationi adversam, salvificam esse docebat. — (Confer dicenda de relatione inter Ecclesiam et s. Scripturam, nec non decreta et canones Conc. Trid. (sess. 4.) et Vatic. (sessio 3.) —).

Arg. 3. (Ex consensu testium).

Testes gravissimi antiquitatis christianae huius theoretice principium formale magisterii vivi docent, tum prac-

tice in defendenda revelationis adhibent; scripturam s. uti fontem revelationis divinum agnoscunt sed minime sensu a protestantibus statuto.

E.g. Tertullianus (de praescr. c. 21.): „ Quid praedicaverint apostoli i.e. quid eis revelaverit Christus et hic praescribam non aliter debere probari, nisi per easdem ecclesias, quas ipsi apostoli condiderunt, ipsi eis praedicando tam viva... voce, quam per epistolas postea... reliquam vero omnem doctrinam de mendacio praedicandam, quae sapient contra veritatem ecclesiarum et Apostolorum et Christi et Dei. ”

Iren. (l. 4. c. 26): „ Quapropter eis, qui in ecclesia sunt, presbyteris obaudire oportet, his qui successionem habent ab apostolis; qui, cum episcopatus successionem, charisma veritatis certum ... acceperunt; reliquos vero, qui absistunt a principali successionem, suspectos habere vel quasi haereticos et malae sententiae. ... Illi enim (episcopi) et - fidem nostram custodiunt - - et Scripturam sine periculo nobis exponunt. ” - Inter omnes vero eminet ecclesia Romana: Iren. l. 3. c. 3.): „ Ad hanc ecclesiam propter potentiores principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam h. e. eos, qui sunt undique fideles... (Confer postea de primatu ecclesiae romanae dicenda.)

Haec erat norma iudicandi in conciliis oecumenicis, teste Vincentio Lirinensi, commonit. cap. 29: In concilio Ephesino (431), cum de sanciendo fidei regulis disceptaretur, ne qua illius profana novitas obreperet, universis sacerdotibus, qui ducenti fere conveniant, hoc catholicissimum atque optimum factu visum est, ut in medium sanctorum patrum sententiae proferrentur, quorum alios martyres, alios confessores, omnes vero catholicos sacerdotes fuisse et permansisse constaret...

S. Ignatius M. (Antiochenus) ad Ephesios scribens: „Admonui vos, ut unanimes sitis in sententia Dei; etenim Iesus Christus, inseparabilis vita nostra, Patris est sententia sicut et episcopi, per fines terrae constituti, in Iesu Christi sententia sunt. Unde oportet vos unanimes esse sententiae episcopi.“ —

Arg 4: (a priori ex unitate et universalitate fidei.)

Revelatio divina a) ut complexus credendorum et agendorum in se debet esse unita immobilis et b) quoad homines ad finem supernaturalium ducendos, debet esse universalis i. e. omnibus moraliter facile et c) certo cognoscibilis —

Haec proprietates flunt ex conceptu revelationis omnibus necessariae. Nihil solus complexus revelationis veritatis, certo ab omnibus cognosci nequit, nisi revelatio vivo magisterio authentico proponatur. Ego Deus

certe tale medium in organum propagandae et conservandae revelationis instituit.

Minor - patet per exclusionem. Praeter magisterium authenticum alii modi essent: 1. Demonstratio rationalis; sed quoad mysteria talis via est impossibilis et quoad veritates rationales non est omnibus accommodata; 2.) inquisitio propria in Scripturis, accedente immediata inspiratione Spiritus sancti. Sed ad legendum non sunt omnes apti, qui obligantur ad credendum - et immediata inspiratio Dei experientia teste non adest. Sectae, quae eam fingebant ad absurdissimas delapsi sunt. 3.) Auctoritas aliquorum virorum doctorum - ul' pole humana, hominibus fide divina ducendis ad finem saeculi aeternae, - et si in se possibilis concederetur - esset insufficientis. - (Conferenda sunt, quae de necessitate revelationis pag. 18. sunt dicta.) -

Thesis VII. Testimonia, quibus obiectum et veritas historica revelationis christianae manifestatur, sunt: 1° Ecclēsia ipsa, quae magisterium authenticum exercens suas traditiones tum a) in symbolo Apostolico veluti „regula fidei“ expressit tum b) libris s. Scripturae N. T. ipsi traditionifactorum ea dictorum Christi documenta scripta exhibet.

2° Confirmatur vero vis huius testimonii, si consideratur in secreto Ecclesiae a) origo, propagatio, unitas et conser-

vatio b) eius efficacia in regeneranda vita societatis iudaico-gentilis penitus degeneratae.

Tranctiones. Sicut primi apologetae rei christianae contra gentes et haereticos (Ignatius M., Tertullianus, Irenaeus, Vincentius L. et alii) ad ecclesiam apostolicam provocant tanquam testes authenticos doctrinae Christi Domini, ita et nos. Nondum tradimus doctrinam catholicam de Ecclesia, uli forma historica revelationis christianae (vide Sectionem III.) sed ostendimus factum existentiae societatis religiosae, quae per duo millia annorum dicitur, ecclesia catholica, "exigere rationem sufficientem suae existentiae."

Haec ratio esse nequit, nisi historica veritas existentiae personae Jesus Christi, legati divini eiusque factorum et dictorum prout obiectum revelationis christianae constituerent.

Dem. 1. p. a) Sicut Rom. 1. 20. seq. docemus, "invisibilia (Dei a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur" - ita quoque ipsum factum existentiae ecclesiae, regni Christi, "regni Dei" nos dicit ad cognoscendum existentiam personae Christi, in cuius factis et dictis vice ratio sufficiens christianae doctrinae fide et morum reperitur.

Ecclesia = ἐκκλησία (ἐκκαλεῖν) significat vi vocis, "evocatum multitudinem", qualemcumque, in N. T. imprimis

cum addito ἐκκλησία θεοῦ, ἐκκλησία Χριστοῦ, ecclesia mea, (Math. 16. 18.) coelum in Christum credentium, „christianorum“; sensu strictiore eos, qui tali coelui praesunt, (Math. 18. 17.) „die ecclesiae.“ —

Ex praecedente thesi novimus, principium formale „huius coetus = coelus; coeunt nimirum Iudaei et gentiles obediens auctoritati cognitae ex dictis et factis (miraculis et vaticiniis) Christi et Apostolorum, eorumque successorum; omnes homines vocantur (praedicate omni creaturae (rationali); finis est salus aeterna (qui crediderit, salvus erit); media sunt fides et sacramenta (qui cred. et bapt. fuerit).

Haec exhibentur quatuor elementa societatis humanae. Ergo „ecclesia“ est societas religiosa.

Verbum substantiale, λόγος, per incarnationem „visibile“ = cognoscibile factum; humana natura erat corpus Christi physicum.

Ecclesia prout est societas credentium in Christum dicitur (1 Cor. 12. 27, Ephes 1. 23, 4. 12. etc) „corpus Christi“, utique non physicum sed mysticum. Metaphora fundatur in eo, quod Christi „habitatio in nobis“ visibilis (Joa. 1.) perpetuatur per eius ecclesiam (μου ἡ ἐκκλησία Math. 16. 18.)

Quapropter in ordine revelationis applicare possumus

de Christo, quae in ordine creationis dicta sunt de Deo, (Rom. I.) „invisibilia eius (post ascensionem in coelum) per ecclesiam intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus et divinitas.“

Quicumque enim sana ratione utitur factum (historiae universalis) existentiae ecclesiae Christianae eiusque functiones tradendi revelationem divinam ignorare non potest.

Sunt vero media cognoscendi traditionem hanc ecclesiae: 1.) fidei professiones, 2.) liturgia (cultus), 3.) martyrum acta. 4.) Librum scripta, 5.) historia ecclesiastica, 6.) monumenta artis christianae, quibus et „lapides clamant“.

Eminent antiquitate usque ad aevum apostolicum pertingens „Symbolum Apostolicum“, dictum etiam „regula fidei“, κατὰ τὴν εἰς ἀληθείας, πίστεως, ὁμολογίαν, (confessio, vyznání víry, Glaubensbekenntnis).

Ita Chron. 1. 10.; Tertull. de praescr. Origenes de princ. Appellatur „symbolum baptismi“, „Taufsymbol“, quia est ex traditione Apostolorum amplificata forma baptismi Christi: „Eudes... baptizate... in nomine Patris et Filii et Spiritus s.“ Tertull.; de corona mil.

Tertull. de corona mil., amplius aliquid respondentes, quam „Dominus in evangelio determinavit.“

Aug., reddidit symboli s. 2. 15.; fidei professio, quae ver-

bis certis conceptis relentisque memoriter de eminentiore, in conspectu populi fidelis reddi solet."

Ad 1. p. 6.) Genuinitatem et authenticam historicam quatuor evangeliorum, methodo historico-critica iam probavimus. - Hoc loco urgeamus, ecclesiae testimonio primas partes esse vindicandas in quaestione α) quanam libri omnes et soli ad canonem s. Scripturae N. T. spectent - β) quanam sensus verbis s. Scripturae subsit. (Confer Thesoro VI. pag. 48), Hermeneuticam biblicam et Exegesim cathol.)

Qua in argumentatione objiciunt nobis adversarii circulum vitiosum dicentes: Nos probare auctoritatem ecclesiae (magisterii vivi) ex Scriptura et Scripturae auctoritatem probari testimonio ecclesiae. Resp: Probamus auctoritatem magisterii authentici (ecclesiae) ex Scriptura a) considerata quoad substantiam evangeliorum et epistolarum (imprimis Pauli) non autem quoad omnes libros, librorumque partes, b) ex genuinitate et authentica historica, non autem divina. -

Ex scripturas ita consideratae probamus historicam veritatem personae Jesu Christi, eiusque factorum et dictorum, institutionem magisterii authentici sub assistentia Spiritus s., quod docere debet omnem veritatem revelatam ideoque etiam de

Scripturae canone integro cum omnibus partibus et de authenticis non solum historica (humana), sed etiam divina i. e. de inspiratione. Ergo non habetur circulus vitiosus.

Dem. 2^a p. - Hoc loco inuisisse sufficiat, quae posterioribus thesibus ex propagatione celerissima religionis christianae, ex eiusdem unitate et conservatione mediis in saevissimis tempestatibus nec non ex re-quereta societate ex colluvie vitiorum, quibus degeneraverant non solum gentiles, sed etiam ipsi Iudaei.

Terentius (1.10) scribit: „Una fides, doctrina ac traditio, una anima, unum cor, unum os, una ac eadem praedicatorum ac ecclesiasticorum regimini forma.“

Scholium. De testimonio I. Iudaeorum, non obstante eorum „scandalo crucis“ (1. Cor. I.) et odio, iam supra diximus allato testimonio Josephus Flavii (Antiquit. Jud. 28, 3.) Praeterea dum Iudaei post mundiciis de Christi resurrectione etiam eius nati- vitatem illegitimam (ada Pilati op. Justin. apol.), fugam in Aegyptum, artes magicas, promulgatam di- vinitatem et mortem calumniantur suasque tradi- tiones postea scriptis Talmudisticis consignant, in tali testimonio ecclesiae et Scripturae confirmant.

Neque II. Testimonium ethnicorum, quibus Christus erat „sclitica“, est spectandum sine eorum praecedentibus. Illam pro his reum circumstan- tiis illud Faciliannus (IV. 44), Lucius (Dec. 112) et imperatoris Pavli Secundi ad Traianum (117) & hinc est referendum. (Confer supra).

§ 2. De Jesu Christo legato ipsaque Deo vero.

Fam alteram quaestionem huius articuli solvendam aggredimur - historicam personam Jesu Nazareni, esse legatum divinum ipsamque Deum.

Legatio Jesu Christi, divina, ipsaque eius divinitas probatur: 1: Testimonio Jesu Christi ipsius.

2: Exterioris criteriis vaticiniorum et miraculorum.

3: Interioris criteriis excellentiae personae et operis Jesu Christi.

Ad 1: Thesis VIII. Jesus Nazarenius de semetipso testatur se esse

1) Messiam expectatum Iudaeorumque regem;

2) proprium Dei filium, ideoque verum Deum.

Demonstratio 1. p.

Messias - chald ܡܫܝܚܐ = hebr. ... מָשִׁיחַ graecā linguā receptum Μεσσίας et in alias linguas derivatum idem significat ac „Unctus“, Χριστός , Pomazany, der Gesalbte. -

Ungebantur in regno theocratico V. Testamenti reges (1 Reg. 10. 1.) et prophetae (3. Reg. 19. 6); quapropter de Jesu Nazareno adhibita vox significat eius supernaturale munus regale in regno a se fundando spirituali. „Regnum meum non est de hoc mundo.“

(Ad Pilatum: „Rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.“ (Jo. 18. 36, 37; 12. 17).)

Andreas Simonis dicit: „Invenimus Messiam (quod est interpretatum Christus.“ (Jo 1.41); Similiter munus propheticum Jesu κατ' εὐαγγ. sensu revelationis supernaturalis, minime solum sensu naturalis excellentiae ingenii, quo tales homines possunt dici improprie: „legati“ et „prophetae“ vel Messias Providentiae naturalis. (Ita rationalistae Paulus, Strauss, Renan, Schenkel, Heim, Hase). Deut. 18. 15, 18: „Prophetam de gente tua et de fratribus tuis sicut me misit tibi Dominus Deus tuus; ipsum audies“ et Luc. 4. 17: „Et traditus est illi (Jesu) liber Isaiae prophetae. Et ut revolvit librum, invenit locum, ubi scriptum erat: Spiritus Domini super me; propter quod misit me, evangelizare pauperibus misit me... haec impleta est haec scriptura in auribus vestris.“ Confer Hebr. 1. 1. ... novissime locus est (Deus) nobis in filio ... Math 3. 16; ubi „unctio“ visibili signo columbae revelatur; „vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam et venientem super se. Et ecce vox de coeli dicens: „Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.“

Itaque quoque Apostoli intellexerunt „Tu es Christus filius Dei vivi“, ubi „Christus“ Messias sensu supernaturalis missionis determinatur esse ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. Jesus ipse approbat hunc sensum, „Beatus es Simon“ etc.

Populi opinio Jesum esse, Joannem B., etiam Terrentianum aut unum esse prophetis - veritati non erat adaequata. -

Dem. 2. p. (Filiatio divina Jesu Christi).

Sensus praedicali „Christus, Messias“ de Jesu determinatur praedicalo: „Filius Dei“.

Habet quidem in ordine supernaturali hic terminus etiam latiorem significationem, peric hominibus ad populum Dei spectantibus applicatam in sensu „filiationis adoptivae“ - vide eia, quae est accidentalis participatio divinae naturae per gratiae communicationem in regeneratione per baptismum et poenitentiam - (vide tract. de gratia); haec filialis opponitur filiationi naturali, quae est consubstantialis (et in Deo numerica) identitas naturae filii cum patre. -

In hac quaestione concurret doctrina revelata de Verbo, λόγος, vero Deo in Trinitate cum doctrina apologetica de Jesu Christi divinitate. - Jo (I. 14) testimonium: καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο identitatem personae Verbi et Jesu Christi docet. - Complebitur doctrina de divinitate Jesu Christi h. l. apologetice proposita, per doctrinam de Verbo - Deo in Trinitate, et Christo Deo - Homine in Christologia. -

Jam vero manifestum discrimen inter appellationem hominum iustorum e. g. prophetarum „filius Dei“ sensu

improprio et appellationem Jesu Christi „filius Dei“ sensu proprio apparet: 1° iam grammatica est quod de hominibus communiter in numero plurali „filii Dei“ Math. 5.9. et V. T. elohim usurpatur.

Numerus singularis (II. Reg. 7.14., Ps. 137.) de Salomone: Ego ero illi in Patrem et ipse erit mihi in filium v. s. Paulo (Hebr. 1.5) typice de Jesu Christo dictum esse explicatur.

2° Ecce evangelis synopticis patet Jesum Christum universim „filius Dei“ per generationem ex Patre ideoque verum esse Deum, uti veritatem ita supponi, ut minus inculcandum censetur. Nilominus clarissima testimonia sunt: a) (Math. 3.13. seqq., Mc 1.9... Lc 3.21...): „Ὁ υἱός ἐστιν ὁ υἱός μου ἀγαπητός“ b) Math. 16. in responsione Petri a Christo laudata: ὅτι εἶ ὁ Χριστός, ὁ υἱός τοῦ Θεοῦ ζῶντος. Sensus est: „Tu es non solum Christus i. e. munere legationis fungens sed etiam filius Dei vivi.“

c) Math. 26.63. Christi ipsius testimonium coram tribunali supremo Iudaeorum: „Adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es Christus, filius Dei“ (εἰ ὅτι εἶ ὁ Χριστός, ὁ υἱός τοῦ Θεοῦ?) Dicit ei Jesus: „Tu dixisti“ (ὅτι εἶπας = Ansj. verumtamen dico vobis; Amode videbitis filium hominis sedentem a dextera virtutis Dei et venientem in nubibus caeli.“ Ulterioris verbis significatur potestas divina, iudicandi mundi et confirmatur sensus

testimonii Christi iurati. Iudaei ita intellexerunt mortisque Christum ideo damnarunt, Tunc priores sacerdotes sciolis vestimenta sua dicunt: „ Blasphemavit, quid adhuc egemus testibus, ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? ” At illi respondentes disserunt: „ Deus est mortuus! ”

Notandum, quod iuxta (Luc. 22. 66) duae quaestiones Ἰαίφα distinguuntur: „ Si tu es Christus, dic nobis ” et cum Jesus affirmans ad summum adventum ad iudicium mundi provocat, alteram obiciunt ei quaestionem ὁ οὐρ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ? - et Christus eadem firmitate respondet ὁ μὲν λέγει, ὅτι ἐγὼ εἰμι et coram Pilato duplex repetita accusatio: Dixit, se Christum regem esse (Luc. 23, 2) et filium Dei se fecit (Jo. 19. 7) coll. (Jo 5, 18. 19, 10. 33).

d) Jesus Christus solus naturaliter cognoscit Patrem et Pater novit filium (Math. 11. 22, Luc 10. 22)

„ Nemo novit filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi filius et cui voluerit filius revelare. ”

e) „ Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. (Math. 28. 18), (Marc 16. 15). ”

Christus, Dei Patris filius, opponitur ceteris prophetis uti servis (Math. 21. 33, Mc 12. 6, Luc 20. 9.)

3^o Ex scriptis Joannis et Pauli - quae exstant testimonio claritate et efficacia ceberis praestant.

Præcipua sunt: a) positive determinatur „filius” ubi verus, proprius, unigenitus. Rom. 8. 32. qui (Deus) proprio filio suo non peperit (οὐκ ἴδιος ἔσθαι). (Jo. 5. 18.)

Patrem suum (πατέρα ἰδίον) dicebant Deum, æqualem se faciens Deo (conqueruntur Judæi): Jo. 1. 18: Unigenitus filius (ὁ μονογενὴς υἱός), qui est in sinu Patris. Hebr. 5. 5 filius a Patre genitus.

b) Filiatio impropria excluditur. Ipsi angeli, creaturæ nobilissimæ, comparati cum Jezu Christo, filio ... non solum non possunt eodem nomine appellari, sed adorare ipsum debent iuxta Hebr. 1. 5. Qui enim angelorum dicit aliquando: „filius meus es tu, ego hodie genui te? ... Et cum iterum introduxerit primo genitum (πρωτοτόκον) in orbem terræ, dicit: „Et adorant eum (sc. Christum) omnes angeli Dei.” - Inter prophetas Hebr. 5. 5 ... ipse Moses quidem fidelis erat, in loca domo eius sc. Dei tanquam servulus (ὡς δούλος) ... Christus vero tanquam filius in domo sua (ὡς υἱός ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ). - Hinc filialis naturalis est prototypus filiationis adoptivæ Gal. 4. 4 ... Misit Deus filium suum (τὸν υἱὸν αὐτοῦ) ... ut adoptionem filiorum (τὴν υἱοθεσίαν) reciperemus. Veram filiationem Dei per generationem ex Patre

exprimit s. Paulus hinc analogis: „imago Dei, εἰκὼν Θεοῦ - 2. Cor. 4.4, imago Dei invisibilis, Col. 1.15, Hebr. 1.3: „splendor gloriae Dei hinc, „lumen de lumine“ (ἐκ τῆς ἀύρασμα τῆς δόξης) (= consubstantia filii cum Patre), - et „figura substantiae eius“ (ὑποστάσις τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ = personalis substantia Christi, Dei filii, similiter ac Jo 1.1. ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος).

Exe addito: (l.c. Hebr.) fortanque omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens, sedes ad dexteram maiestatis in excelsis - patet non de creatura uli, imagine et similitudine Dei h. l. esse remonem sed de filio Deo.

Consubstantialitas filii cum Patre sensu numericae identitatis divinae naturae patet iam ex monothismo et praeterea dixerit: „Qui cum in forma Dei esset“ (h. e. eiusdem naturae ac Deus ab aeterno praesexistens incarnationi) non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo“.

Thes IX.

divinitas

Christi

2. p. (continuetur): (Jesus Christus verus Deus). Jesu Christi vera divinitas - ex filiatione divinae proprie dicta necessario consequitur.

Praeterea vero hinc tribus argumentis directe probatur: 1^o ex divinis attributis, quae in Scriptura de Jesu Christo praedicantur.

Ex plurimis aliqua: a) Veritas attribuitur similiter
Iesu Christo sicut Deo Johne ... ego sum primus et
novissimus (ὁ ἄρῳτος καὶ ἔσχατος) Apoc. 1. 17 ... colla-
tum cum Is. 41. 4, "Ego Ἰησοῦς primus et novissimus
ego sum."

Iesus Christus dicitur causa prima et finis, ulti-
mus omnium Apoc. 22. 13... "Ego sum α et ω,
primus et novissimus, principium et finis" (ἄρχῃ
καὶ τέλος). Coloss. 1. 16: Τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς
αὐτὸν ἐκτίσθη. Hinc comprehensiva cognitio Dei
in Christo - Math. 11. 27. Nemo novit (ἐπίγνωσκει)
Patrem nisi filius.

b) Attributa αὐτῷ esse divini: "Ego sum via, veritas
et vita (ὁ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωὴ). Vita divina genera-
tionis communicata personae non vero naturae di-
vinitatem constituens; Sicut Pater habet vitam a
semetipso (ἐν ἑαυτῷ) sic dedit et filio habere vi-
tam a semetipso (ἐν ἑαυτῷ). Et quoque vitam
communicat hominibus. "Ego sum resurrectio
et vita (ὁ ὁδὸς); qui exerit in me, etiam si mor-
tues fuerit vivet." (Iesus Christus obiectum fidei).

Hinc Math. 24. 35: "Coelum et terra transibunt,
verba autem mea non praeteribunt."

Omnipotentia in creatione et in miraculis pro-
pria virtute, sicut de Deo Patre ita de Iesu Christo

praedicatur: Coloss. 1. 16... In ipso condita sunt universa in coelis et in terra, visibilia et invisibilia ... omnia per ipsum (δι' αὐτοῦ) et in ipso (ἐν αὐτῷ) creata sunt, et ipsa est ante omnes (πρὸ πάντων) et omnia in ipso consistunt."

Quoad miracula : Sicut Pater resuscitat mortuos et vivificat sic et filius, quos vult vivificare (Jo. 5. 21. - Math. 8. 2 : "Volo mundare" dicit Jesus leprosum sanans. - Ideo Apoc. 17. 14. dicitur Christus : " Dominus dominorum et rex regum " = βασιλεὺς βασιλέων.

Immutabilitas et cum ea nexa aeternitas attribuitur Jesu Christo Hebr. 1. 10... applicando Ps. 101. 25 ad Christum " Ipsi peribunt, tu autem permanes " , Antequam Abraham fieret, ego sum " , ad quod Aug. tr. 43 in Jo. : " Agnoscite creatorem, discernite creaturam " - Jo. 17. 5. : " Et nunc clarifica me tu, Pater, apud te metipsum claritate, quam habui prius, quam mundus esset, apud te ?

Hebr. 8. 8 : " Jesus Christus heri et hodie ipse et in saecula."

Omnipotentiam - testatur Eph. 4. 1; Jo. 14. 23 et Math. 28. 20, " Ecce ego vobiscum usque ad consummationem saeculi."

Omniscientiam testantur Jo. 10. 15 : " Sicut novit me Pater et ego agnosco (γινώσκω) Patrem;

(7. 29) : Ego scio eum (ἐγὼ οἶδα αὐτόν) quia ab ipso sum et ipse misit me. - Hoc scire est videre, intueri, immediate esse conscium Jo 1. 18 : Deum nemo vidit unquam; unigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. Col. 2. 9 : in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter ideoque Col. 2. 3 : in Christo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi. Confer Ja 1. 49. - Et sicut de Deo Jahveh Jer. 17. 10 dicitur : Ego Dominus (יהוה) scrutans cor et probans renes ita Luc. 9. 47 de Christo : „ At Jesus videns cogitationes cordis eorum”.

Confer, quae de vaticiniis a Christo prolatis dicuntur et cognitione conditionalium Matth. 11. 21. -

2^o Jesu Christo iuxta N. T. testimonia exhibetur et ab ipso exigitur cultus patriae adoratione nec non tribus virtutibus theologice : Ego est verus Deus. -

Antecedens testatur a) cultum adorationis (patriae) : Jo. 5. 23. : Pater omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut (καθὼς) honorificant (τιμῶσαι) Patrem. - Agi in contextu de aequali cultu patriae Christo exhibendo patet ex eo, quod ibid. (Ja 5. 18) Christus Deo aequalis se esse docet, quae propter Iudaei eum lapidare volebant. - Phil. 2. 9... Donavit illi nomen, quod est supra omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu - flectatur caelestium, terrestrium et infernorum; et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus

in gloria Dei Patris. -

Apo. 5. 11-13. Oratio dirigenda ad Deum Patrem: Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam (Jo 14. 13) quod aequivalat Jo 14. 14.: „ Si quid petieritis me (= Patrem) in nomine meo, hoc faciam.“

b) Jesus Christus est obiectum trium virtutum theologiarum fidei, spei et charitatis. Jo 14. 1.: „ Creditis in Deum et in me credite (πιστεύετε εἰς τὸν Θεόν). (Verum vobis, an quod glaudon - opt. credere alicui). 1. Tim. 1. 1.: Paulus apostolus Jesu Christi spei nostrae = Act. 4. 17. Non est in aliquo alio salus (ἐν ἄλλῳ σωτηρία); nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.“ 1. Cor. 16. 22.: Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema.“ Rom. 8. 35... exhibetur charitas Christi = charitati Dei, a qua „ neque mors neque vita ...“ nos separare debet. -

Quae h. l. sub 2^o dicuntur comprehenduntur comprehendose in baptismo in nomine Jesu Act. 2. 38 = ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἕλθεσιν ἁμαρτιῶν. Act. 8. 16. εἰς τὸ ὄνομα τοῦ ἠγίου Ἰησοῦ. Confer. 1. Cor. 1. 13.

3^o. Quoad rem divinitas Jesu Christi ex praecedentibus probata est; verbis quoque et termino formali, Deus sensu proprio dicitur Jesus Christus.

a) Christus identificatur cum Jahveh = ὁ κύριος in N. T.

κατ' ἔξ. de Christo (1. Cor. 8.6). Hebr. 1.6. coll. Ps. 96 (97). 7.
„Adorate eum (Jahveh) omnes angeli eius“ - interpre-
tatur Paulus l. c. dictum esse de Christo. Similiter
Hebr. 1.8, coll. Ps. 44 (45), 7 ubi Elohim = filius i. e. Je-
sus Christus. - Jo. 12.41 coll. Is. 6.1... Adonai = J. Chr.
= Jahveh - Zabaoth (Dominus exercituum). Marc. 1.3. al-
legat. Is. 40.3. „Parate viam Domini i. e. Jesus Chri-
sti, quod apud Is. l. c. de Jahveh dicitur. -

b) In N. T. quinque textus expressis terminis Je-
sum Christum verum Deum esse dicunt.

1.) Jo. 20.28 ubi Thomas viso et digito tacto J. Christo
exclamat proficens fidem suam: „ὁ κύριός μου καὶ ὁ
Θεός μου. Ei respondet Jesus: Quia vidisti me credidisti; be-
atiqui non viderunt et crediderunt.“

2.) Tit. 2. 13. Expectantes beatam spem et adventum gloriae
magni Dei et Salvatoris nostri Jesus Christi (τοῦ μεγάλου
Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ).

Paulus dicit de Christo duo: 1) ὁ μέγας Θεός 2) σωτῆρ ἡμῶν.
- Si essent duo subiecta distincta Deus Pater = μέγας Θεός
et σωτῆρ = Jesus Christus; debuisset repeti articulus ita τοῦ
μεγάλου Θεοῦ καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ
Confer 2. Cor. 1.3. et ad. Praefata h. l. sermo est de ἐπιφάνει
ἐκείνης δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ, qui evidenter Jesus Christus
est in ultimo iudicio appariturus.

3.) 1. Jo. 5. 20. Scimus quoniam filius Dei venit et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum et simus in vero filio eius; hic est verus Deus et vita aeterna. (ὁ ὢν ἔστιν ὁ ὢν ἰδιος Θεός) refertur grammaticaliter et logice necessario ad filium, quod confirmat appellatio ἡ ἀϊώνιος propria apud Jo. Jesu Christo (1. Jo. 1.2, 11.25, 14.6, 1 Jo. 5.4.)

4.) Rom. IX. 5. regg: Ex quibus (sc. Israelitis) est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula (ἐστὶν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός ἐυλογητὴς εἰς τοὺς αἰῶνας. -

'Deus super omnia' grammatice et logice in contextu evidenter referendum est ad "Christus" minime vero ad Deum Patrem supplendum, de quo in contextu nihil.

Traditio exegetica est constans. -

5. Jo 1.1. ... 1. Jo. 1.1, 5.7. Apoc. 19.13 - doctrinam de "Verbo" = Λόγος proponens, complet praecedentia efficacissimo testimonio 1) in trinitate Verbum, Λόγος esse secundam personam seu hypostasim a Patre distinctam verumque Deum (Jo 1.1) et 2) Idem Verbum caro factum (καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο Jo 1.14) - esse unam eandemque personam, in qua humana natura Jesu Christi subsistit, ideoque Verbum et Jesum Christum esse unam eandemque personam.

Utiumque patet ex comparatione locis:

Jo. 1.1: Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ

Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, et Jo. 1.14 καὶ ὁ Λόγος οὐκ ἐπέβητο - et ha-
bitavit inter nobis; et victimas gloriam eius (sc. Verbi), glo-
riam quasi unigeniti a Patre (ὡς μονογενοῦς πατρὶ
πατρὸς) - 1.18, "Unigenitus filius, qui est in sinu Patris,
ipso enarravit." - confer tract. de Trinitate).

Præter disertum prædicatorum Θεὸς affirmat Jo. 1.3. de
Λόγος: πάντα δι' αὐτοῦ ἐπέβητο καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐπέβητο
οὐδὲ ἓν, ὁ πέποιε. Hinc Aug. tr. in Jo. h. l: Quomo-
do potest fieri, ut Verbum Dei factum sit, quando Deus per
Verbum facit omnia?

Præformamam reperimus hanc doctrinam s. Joannis
de "Verbo" in ll. Sapientialibus V. Ti. (Prov. 8, Sap. 7 segg.
Eccl. 24 - quibus "Sapientia" increata describitur, ut
persona a Deo Patre distincta. Hanc vero Sapientiam
esse Christum potest ex comparatione cum Jo. 1.1 et
Hebr. 1.3. -

Non derivatam esse (doctrinam hanc) a theosophia
Alexandrina neque speculatione gnosticorum - nunc in-
dubium est. Dependentiam gnosticorum ab evangelio Jo. testa-
tur Irenæus adv. haer. III. 11. -

Thes. X. Traditio aevi apostolici et immediate subsequen-
tis usque ad finem saec. tertii conspirat cum Scripturae tes-
timoniis.

1.) Nevo Apostolico ep. Barnabae Ps. 109: Dixit Dominus Do-
mino meo (= Jahve l' Atoni) exponit sicut Christus ipse

(Math. 22. 41), Iesum, non filium hominis (David) esse, sed filium Dei: - Confer infra schol. de „filio David“).

Clementis Rom. adhibet constanter de Iesu Christo ὁ υἱός =
Filius et „sceptum maiestatis“ Iesum dicit.

Pastor Hermiae praesistentiam, creationem I. Christo uti
Dei filio attribuit. I. Ignatius: I. Christus „Dei filius, Verbum
... ipse Deus noster in Patre exiens.“

2. Ex Apologetis Christides (probabiliter ad Antonium Tiumi
(138-161) I. Christum „Dei filium de caelis descendisse, natum
ex virgine“; s. Justinus M. (a. 150), Verbum in theofanis
v. I. apparuisse, ex virgine natum Dei filium ipsumque
Deum esse. - Irenaeus († 202): „Verbum Dei, per quod facta sunt
omnia - e. D. N. Iesus Christus, Deus et Dominus solus.

Ecclesia ab Apostolis et a discipulis eorum accepit hanc fi-
dem, quae est in unum Deum Patrem omnipotentem...
et in unum I. Christum filium Dei, incarnatum pro
nostre salute et in Spiritum s.“

In Occidente Tertullianus († 240): I. Christum „ex Deo
generatum et ideo filium Dei et Deum... ex unitate sub-
stantiae.... s. Cyprianus († 258) ep. ad Iubaian: Si
peccatorum remissionem consecutus est... templum Dei
factus est. Curaro cuius Dei? Si Creatoris, non potuit,
quia eum non credit. Si Christi nec eius fieri potuit,
templum, qui negat Christum Deum; Spiritus etc....

Origenes (+254) Celso objicienti christianos colere praeter Deum etiam hominem nuperime ortum (Christum) respondet: „Unum Deum Patrem et filium colimus... neque nuperime ortum et qui antea non erat... credimus enim dicendi: „Antequam Abraham fieret, ego sum....

3. Quapropter gentiles (Celsus) et Judaei (teste Justino Dial. c. Tryphone) objiciebant christianis, eos credere Deum, qui ad homines per incarnationem descendit, mutatum esse - quod probat persuasum fuisse iudaeis et gentilibus christianos colere - Christum Deum.

Quod quidem 4. Martyrum actis confirmatur, quibus patet, christianos propter confessionem fidei in Christum Deum mortem subisse. - Ita testatur (a. 107) Plinius ad Traianum, christianos carnem (Isalmum) Christo dicere quasi Deo; Lucianus irideb christianis, eo quod „adorant affixam cruci suam sophistam et est ipse legibus vivunt?

Celeberrimum est s. Ignatii testimonium cum coram Traiano se diceret: „Theoforum me credere „unum Deum creatorem et unum Deum Christum, filium eius unigenitum crucifixum sub Pontio Pilato...“

Quapropter 5. per Symbolum Nicaenum stabitur est contra trianos: „πιστεύομεν... εἰς ἓνα κύριον

Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ
 πατρὸς... Θεὸν ἐκ Θεοῦ.... Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ
 Θεοῦ ἀληθινοῦ...

Scholium 1. Appellatio J. Christi „filius hominis“ deri-
 vata ex vaticinio Messianico Dan. 7.13: „Aspiciē-
 batur ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus
 caeli quasi filius hominis veniebat (עִן בְּנֵי אָדָם, hebre-
 enais) et usque ad auliquum dierum pervenit...
 et dedit ei potestatem et honorem et regnum et omnes
 populi ei servient...“ Christus ipse Matth. 20.18 suam
 passionem verbis: „fil. hom.“ traditur... et 26.64
 suum adventum ad iudicium cum allusione ad
 h. l. Dan. praedicat.

Item, „filius David“ propter genealogiam secun-
 dum naturam humanam ex patribus dicitur. —

Coroll. In argumento ex testimonio Jesu Christi
 ipsius quod a) repetitis vicibus protulit, b) cum
 tanta confidentia, c) cum suae vitae dispendio —
 laetel dilemma: Hoc testimonium Christi ipsius aut
 verum est aut falsum. Si primum — ergo adorandus
 Jesus Christus uti Deus non solum audiendus uti le-
 gatus divinus. —

Si falsum est, illud Christus vel sciens protulit vel ne-
 sciens, quid diceres.

Ultimum nemo dicet, quia irrisipientiae Christum

accusaret. Primum quoque dicere nefas est, quia hoc Christum maximum fuisse improbatorem mortalemque meruisse significaret.

Merito ergo rationalistae contra logicas regulas peccare arguuntur, dum Christum ingenii et characteris sublimitate excelluisse docent et legatum esse divinum sensu supernaturali respiciunt.

Thes. II. Jesum Christum esse Messiam (ipsamque Deum), ad cuius adventum genus humanum praeparabatur, probatur valde citius.

Prænotiones. Factum historicum impotentiae moralis hominum ante Christum, et veritatem religiosam cognoscerent et adimplerent, - in degeneratione generis humani rationem habere, in tractatu dogmatico de creatione et elevatione probatur.

In sequentibus praeparationem evangelicam adventus Redemptoris Jesu Christi (Ἐξαγγελιστὴν εὐαγγελιστῆν, Euseb.) criteriis externis, primo loco valde citius exponimus seu potius synoptice iudicamus.

1. Gen. III. 15, "Inimicitias ponam in te et mulierem et semen tuum et semen (צֶמֶח) illius; ipsa contedet (ipse i. e. semen = Hebr. (וְיָרִיב בֵּיךָ וּבֵין אִשְׁתְּךָ וּבֵין צֶמְחָהּ) caput tuum et tu insidiaberis calcaneo eius."

In Vulgata ponitur "ipsa" i. e. mulier, non utique per se contitura caput serpentis, sed per suum semen = filium. (Confer Fabricii, Quaest. bibl. decas). - H. sicut Mat. 12. 19,

ubi maledicatur ficulneari et Lev. 16. 20 de hircu emissorio,
immediate plectitur (maledicatur) satan (animal), mediate
homo serpente seductus. - Semen serpentis Jo. 8. 44, Act. 13. 10,
1 Jo 3. 8 cum serpente identificatur. - „Mulier“ intelligitur
determinata (ha - israh) conf. Es. 7. 14; (ha almah, „virgo,“) et
Luc 1. 27: „Missus est angelus Gabriel ad virginem Mariam.
Adamo, a quo serpens ut animal sensibile nondum satis dis-
tinclum a principio malo (satana) apprehendebatur / conf.
Math 23. 23, Apoc. 12. 7, 9) inimica lux poena et inimicitiae
immediate in serpentem infligat.

Semen mulieris interpretatur de Jesu Christo Paulus Gal. 3. 16. 29.
- Hinc positus, apparet primum de Christo valicinium („pro-
toevangelium“) generalissimum: Exiit ex genere humano,
natus ex muliere,

2. Postquam Gen. 9. 26. 27. indicata est stirps semitica,
ex qua salus eritura sit („Benedictus Yahve, Deus Sem,
sitque Cham servus eius, dilatet Deus Japhet, et
habitabit in tabernaculis Sem...“) - eligitur ex filiis
in Abraham, ad quem descenderet hereditas promissio-
nis verbis Gen 18. 18, 22. 18, 26. 4) In te benedicentur omnes
gentes (conf. Rom. 4. 16, 9. 6, Gal. 3. 7.) Gen 22. 18, habetur
formos Hithpaal „בְּרַכּוּךָ“ = so benedicent“ i.e. benedictio-
ne spirituali. - Quod etiam patet ex repetita promissione
hoc. Gen 26. 2 et Jacobi facta Gen 28, 14 „Benedicentur in
et in semine tuo eunctae tribus terrae.“

3. In prophetia Jacobi (gen. 49. 1 seq) praedicatur benedictio, patriarchis promissa, ventura ex tribu Juda simulque sempus promissionis iudicatur: „Non auferetur sceptrum de Juda et dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est (מִן־יְהוּדָה) et ipse erit expectatio gentium (מִן־מִלְּכֵי יִשְׂרָאֵל et ei obedientia). „ Sceptrum (שֵׁטֶרֶץ) et „dux“ (מֶלֶךְ) (מֶלֶךְ לְיִשְׂרָאֵל legislator) – significant potestatem supremam, regalem; „Donec“ (עַד־בֹּאֵהוּ) non significat cessationem regiam potestatem ex tribu Juda, cum tunc demum incipient omnes populi praestare obedientiam Schiloh; etiam versio „expectatio“ (LXX, Syr. etiam) potest grammaticae etiam „obedientia“ veri, quod se mutuo complet. –

„Schiloh“ legitur Hier. מִן־יְהוּדָה pro מִן־יְהוּדָה ideoque radicem מִן־יְהוּדָה (mittere) pro מִן־יְהוּדָה (remisse pendere, uoluntate byti, schlaffherabhängen et metaphoricè pacem et quietem habere, et concretum pro abstracto si ponitur): pacificator, salutis auctor, ita ut legendum sit „donec veniat pacificator, salutis auctor“ = Messias. –

Alia expositio grammaticalis עַד־בֹּאֵהוּ = מִן־יְהוּדָה = מִן־יְהוּדָה = יְהוּדָה יְהוּדָה יְהוּדָה ita, ut uolendum sit „donec veniat ille, cui est“ (i.e. sceptrum = regnum κατ' ἐφοχήν); ita Syrus interpres, Targum Samaritanicum et LXX. – Sensus remanet idem: „Jacob praedicat fore, ut regia potestas debeat postea Juda, et ut haec potestas totam suam perfectionem adimpleret, quando uenerit magnus ille pacificator s. magnus

ille rex cui haec potestas praeceteris omnibus conveniat et
 cui obedire sicut populi." (Conf. Jesch, Instit. I. p. 194)
 Confere: Luc. 1.30 sqq: "Et timeas Maria... ecce concipi-
 sies et paries filium et vocabis nomen eius Iesum. Ille
 erit magnus et filius Altissimi vocabitur et dabit illi Do-
 minus Deus sedem David patris eius et regnabit in do-
 mo Jacob in aeternum; et regni eius non erit finis."

4. Tempore migrationis sine deserto, Balaam Num.
 23. 8 sq.) praedixit in Jacob impletum ire promissiones
 patriarchis factas, tuum pulchra tabernacula tua Jacob
 Accubans dormivit ut leo et quasi leona, quam sus-
 citare, nullus audebit... Videbo eum, sed non modo inter-
 ebor eum, sed non prope. Videbitur stella ex Jacob et exurgel
 virga de Israel."

Schol. 1.) Notitia huius prophetae facile intelligitur di-
 vulgata inter "magos" orientales, quibus, Deo inspirante,
 tempore natalitatis D. N. Iesu Christi apparet stella erat
 dux itineris ad, exspectationem gentium". -

2.) Ex h. l. derivatur appellatio J. Christi, Leo de tribu
 Juda."

5. Neque minoris momenti est promissio adventus ma-
 gni propterea nat' εφογγ, quam Moses Deuter. 18.18 pro-
 tulit: Prophetam de gente tua... sicut me (i. e. le-
 gislatorem, novi testamenti mediatorem) suscitabit te-
 he Deus, isram audies. - Confere Deuter. 34. 10: "Non

surrexit (temp. V. I.) ultra propheta in Israel sicut Moyses^o et Jo. 1. 19^s. Et interrogaverunt eum Propheta (ὁ ἰσο-
γῆτης) es tu? Item Jo. 6. 14 et mulier Samaritana ean-
dem „expectationem“ Messias testatur Jo 4. 25: „Sci quia
Messias venit ... ille nobis annuntiabit omnia“.

Math. 17. 5: „Hic est filius meus dilectus; ipsum audi-
te... Jo. 5. 46, Act. 3. 22: „Si enim crederitis forsitan et
mihi; de me enim ille scripsit. Act 3. 22: „Moyses qui-
dem dixit: „Quoniam prophetam suscitet vobis Deus ve-
ster de fratribus vestris tanquam me ipsum audietis
iuxta omnia, quaecumque locutus fuerit vobis.“

6. Regia potestas Messias (rex Judaeorum, rex Israel)
praedicatur et typice praesignificatur imprimis in
promissionibus Davidi factis, quibus omnia subsequenter
vaticinia de Messia uti „filio David,“ tanquam suo
fundamento innuntiantur. 1 Par. 28. 4: „Elegit Do-
minus Deus me de universa domo patris mei, ut es-
sem rex super Israel in perpetuum; de Juda enim
elegit principes. -

Ps. 88. 21: „Inveni David“... confer Luc 1. 32: „Hic
erit magnus“... Item verba Ps. 2. 7, Reg 7. 14 coll. Hebr.
1. 5: „Ego ex illi in patrem et ipse erit mihi in
filium“ sensu literali de Salomone, sensu vero ty-
pico et pleno de Jesus Christo dicta esse testatur Paulus b. c. -
Spes Messiana in libris historicis veluti in radice fundata, in

*) et dabit illi
Dominus Deum
sedem David
patris eius

Psalmis distinctius evoluitur sub imagine regis a Geometri eiusque gloriosi regni universalis sive immediate sive mediantibus typis (Math. 22. 43, coll. Ps. 109; Act. 4. 25 coll. Ps. 2. 1; etc.).

Vaticiniis de Messina glorioso regnoque eius pacifico e.g. Is 11. 6: „Habitabit lupus cum agno etc... repugnare videntur vaticinia de „doloribus Messiae“ (Messia dobroso) e.g. Is. c. 53. coll. Math. 8. 17. Marc 15. 28, Luc. 22. 37, Act. 8. 33, „via dolorum“ - Ps. 21.

Componuntur autem si distinguantur a) oeconomia salutis tota, complectens etiam finalem felicitatem regni Christi et b) via ad hunc terminum „quae est „via crucis“, passionis et laboris simul cum pace spei“.

N. B. Psalmi Messianici recensentur: „Ps. 2. Quare fremuerunt. Ps. 71. Deus iudicium. Ps 109. Dixit Dominus (coll. Marc. 12. 35, 37. 1 Cor. 15. 25, Hebr. 7. 17. Math 22. 43), Ps. 44. Excelsavit cor Ps. 21. Deus Deus meus, Ps. 15. Conserua me Domine; coll. Act. 2. 25, 13. 36. -

In Psalmis describitur Messias descendere a David, uictor et victor de inimicis, cum quo Deus ipse eiusque populus dimicat. Regnabit in veritate et pace, pauperum amicus. Est filius Dei, ab aeterno genitus, dicitur: „Elohim“, „Adon“, sedet ad dexteram Dei, facit mirabilia, adoratur in aeternum. Est sacerdos secundum ordinem Melchisedech, instituit sacri-

ficiunt pacificum pro omnibus, est vir dolorum, cuius manus pedesque „foderunt“, de cuius vestibulis sors mittitur, solum patitur, a Deo derelictus esse videtur, sed gloriosus de sepulchro prodit. Regnum ab ipso fundatum est aeternum, omnes gentes complectens, regnum pacis, plenum bonis spiritualibus.

Distinguerentur sunt promissiones hh. ll. a) conditionatae (temporales), si legem (David et Salomon) observaverint; et b) promissiones absolutae (bona spiritualia). Haec non illa spectant ad regnum Messiae (e.g. „Non auferetur sceptum“).

7. Obiectum vaticiniorum tempore exiliorum populi electi - est: Dei iudicium super populis et finalis salus iustorum. Inter prophetas eminent Isaias, qui Messiam gloriosum et dolorosum tam accurate praedicat, ut „evangelitae“ nomen obtinuerit. Ita Is. 2.2. sub imagine civilis in monte posita - regnum visibile Messiae describitur. Is. 7. 10-16: „Ecce virgo concipiet“ cf. Luc 1.35, Math 1.18 - c 8.2, 9.6, „Puerulus datus est nobis ... Admirabilis, Consiliarius, Deus (E) fortis, Pater saeculi, princeps pacis ...“ c. 49. 1-9 propheta de „servo Dei“ (מַלְאָכִי) c. 53. de doloribus Messiae.

Juxta Isaiam describitur Messias a Davide oriundus tempore summae humilitationis eius familiae, e matre Virgine, nomen gerens ab ipso Deo impositum, in eo sunt omnes thesauri Spiritus s. mediator foederis, lu-

men gentium, ei obediunt populi, regnum eius extenditur usque ad terminos terrae.

Sacerdotium Aaroniticum cessabit (66.24 Malach. 1.11.) et ex omnibus gentibus initiantur sacerdotes. Messiae attribuentur nomina et proprietates divinitatis, (7.14, 9.5); patitur et moritur uti propitiatio pro peccatis nostris sed post humiliationem gloriose est resurrecturus (53.1-12). -

8. Similiter iuxta Jeremiam, Ezechielem et Michiam novum foedus inter Deum et genus humanum est firmandum in perpetuum, in quo habebitur remissio omnium peccatorum, donorum spiritualium communicatio lexque nova scribenda est in cordibus. Ita Jerem. 31.31-40:
"Hoc erit pactum (habebit) ... dabo legem meam ... et in corde eorum scribam et ero eis in Deum et ipsi erunt mihi in populum ... auferam cor lapideum de carne vestra et dabo vobis cor carneum

Mich. 5.1. locum natalitatis Messiae praedicat verbis: "Et tu Bethlehem Ephrata ... ex te mihi egredietur, qui sis Dominator in Israel et egressus eius ab initio, a Diebus aeternitatis."

9. Danielis 9.24 seque propheta chronologicis reconditionibus generis humani cum morte (Christi/Meli) cohaerentem praedicat et numero 70 hebdomadarum ($70 \times 7 = 490$ annorum) determinat. Captivitas baby-

lonia iuxta Jeremiam (19.2) 70 annos duratura
tamquam Syrus cum captivitate et servitute totius
generis humani recidit eiusque finis et saluberrima
redemptio post 70 hebdomades annorum praedicatur.
Textus: Septuaginta hebdomades abbreviatas (deci-
sae, decedae, ז'יז'ז') sunt super populum tuum et su-
per urbem sanctam tuam, ut consummetur praevari-
catio (ז'יז'ז' = rebellio) = apostasia - et finem accipiat pec-
catum; - et deleatur (orig: ז'יז'ז' legere, solvere = ה'י'ל'י' ו'ע'ס'
 $\text{ז'א'פ'ל'א'ע'ו'נ'י'ן' א'ל'ה'י'ן'}$, ideoque = „ut expietur“) iniquitas elad-
ducatur (ה'י'פ'ר'א'ע'ל' = ad reducendam iustitiam, quae
per Adae praevagationem = iniquitatem (ז'יז'ז' = exu-
labat) iustitia sempiterna = et impleatur (ז'יז'ז'
obsigillare, sigillando claudere = ut desinat visio et prophe-
tia) visio et prophelia et ungetur sanctus sancto-
rum.

Scito ergo et animadvertite: Ab exilio sexannis (abema-
natione edicti), ut iterum aedificetur Jerusalem, usque
ad Christum (unatum) decem hebdomades septem et heb-
domades sexaginta duae erunt, et rursus aedificabi-
tur platea et muri in angustia temporum. Et post
hebdomades sexaginta duas occidetur Christus
(ז'יז'ז' extirpabitur (ה'י'פ'ח') = vyhubit, ausrotten) et
non erit eius populus, qui eum negaturus est (= ז'יז'ז'
et non erit (est) ei').

Et civitatem et saecularium dissipavit populus cum
duce venturo: et finis eius vastitas et post finem belli, sta-
tula desolatio.

Confirmavit (מְבַרְרִים Niph. n. 731) gravis fuit, ag-
gravabit, gravem faciet) autem fractum multis heb-
domada una, et in dimidio hebdomadae deficiet ho-
stia et sacrificium, et erit in templo abominatio desola-
tionis; et usque ad consummationem et finem perseverabit
desolatio. -

Expositio: 1) Vaticinium esse Messianum patet ex in-
trinsecis rationibus exegesis grammatico - logicae; nu-
merantur enim tria binaria bonorum spiritualium,
quae tempore decredo super (לְיָ וּרְפֹאִיחַ) Jerusalem
et populum electum contingent.

1^{um}: ut consummetur praevincatio (= apostasia) et finem
accipiat peccatum,

2^{um}: ut deleatur (expietur) iniquitas et adducatur iu-
stitia sempiterna,

3^{um}: ut impleatur („desinat“ postquam impleta est)
visio et propheta et ungetur sanctus sanctorum.

Atque haec sunt ea bona spiritualia, quae unice
a Messia afferri poterant et afferenda expectabantur.
Ergo h. l. messianica propheta est.

2) Extrinsicis ratione sc. ex auctoritate &) veterum
rabbiorum, qui h. l. de futuro Messia exponebant.

Hinc elapsis 70 hebdomadibus plures redeunt ad Messiam venissent, β) Consentit exegesis Fabrum
 2.) Determinatur epocha adventus Messiae numeratis annis, etenim: a) verba textus „Septuaginta hebdomades decisae, decretae (שבעים abscindere, witznouti, tr: determinare); b) ex eo patet, quod 70 hebdomades subdividentur in segmenta temporis minora $7+62$ et tandem $+1=70$. c) ex contextu apparet, agi de solatio hauriendo ex revelatione angeli de Messia liberatore. Atqui si 70 hebdomades significarent tantummodo tempus indefinitum (satis longum) nihil novi nihilque solatii annuntiatum fuisset, cum Daniel a primis iuventute noverit aliquando Messiam esse venturum.

3.) Hebdomades componuntur annis non autem diebus. Etenim: a) Spatio $70 \times 7 = 490$ dierum non potest universus populus ex exilio in patriam remigrare, civitatem et templum reaedificare - de quibus agitur; b) usus loquendi V. T. confirmat talem significacionem vocis שבעים Lev. 25. 2 ... 26, 34; 35. 43, 2. Par. 36. 21. c) angelus apparet Danieli meditati de 70 annis a Jeremia (19. 2, 25. 12) de captivitate Babilonica praedictis et praedicit illi magnam illam definitivam salutem Messianam totius generis humani non post 70 annos, sed post 70 septimanas.

4.) Incisum „ut ungetur sanctus sanctorum” est hebr. קֹדֶשׁ קְדוֹשִׁים = sanctitas sanctitatum. Hoc nomen Ezechiel (43.12, 43.3), Zach (6.12) significavit regnum Messianum sub figura templi; alii directe ipsum Messiam significari censent, qui etiam Is. 61.1. et Ps. 44.8. ungetus dicitur. Hanc interpretationem sequitur Vulgata et aliae versiones:

Non regi de ungeto = benedicendo templo patet ex 1 Esdrae 6.16, coll. 1 Reg. 8, 2 Par. 5.2. - Tractata habetur in primo binario bonorum enumeratum gradatio, cui benedictio templi, ut prole res longe ignobilior, praecedentibus contradicit.

Sumendum est igitur vel de Christo vel de eius regno Messianico, quod est ecclesia. Et re quidem vera, „domus Dei” 1 Tim. 3.15, „tabernaculum Dei cum hominibus” Apoc 21.2 ... in sensu „Ecclesia Christi” optime intelligi potest h.l., quia Ecclesia Christi una cum capite suo uncta est per Spiritum s. die Pentecostes. Ita mentio facta in laudata prophetia V.T. ponitur oeconomia N. Testamenti instituenda, et habetur complementum gradationis membro ultima.

5) Terminus, a quo anni 490 computandi sunt ita determinatur: In textu legimus „Ab exitu sermonis ut iterum aedificetur Jerusalem.” Tum plura essent edicta, quibus licentia dabatur Iudaeis

redeundi, illud h. l. attendendum est, quo data est licentia rursus aedificandi urbem. Atque tale edictum non est primum, quod edidit Cyrus a. 536 a. Christum (1. Esdr. 1. 1. seq.) sub duce Zorobabele; in eo enim de solo templo reaedificando non autem de urbe sermo est. Neque est secundum edictum a Dario (Hystaspe) editum a. 518, quo confirmabatur primum (Esdra 8. seqq.). —

Remanet tertium edictum sub Artaxerxe (Longimano) editum, ut cuius sub duce Esdra populum redeuntem iussit Artaxerxes reaedificare urbem (2. Esdr., Nehem. 2. 1 seq. 1. Esdr. 7. 11) anno 7^e regni et iterum a. 20. regni sui, quod Nehemias perfecit in „augustia temporum“ (2. Esdr. 3-8.). — Artaxerxes coepit regnare a. 474. a. Chr. iuxta alios a. 465. a. Chr. utrumque conciliari forte potest ex usu orientalium regum assumendi successorem coregnantem (ab a. 474-465), qui postea monarcha fit. Qui anno 474 assumunt computant decretum editum a. 20. eius regni, ideoque $474 - 20 = 454$ (453); deactis hebdomadibus $7 + 62 = 69$ à 7 annorum = 483, i. e. 453-483 (a. Chr.) = -30 i. e. anno 30 post Christum; qui vero a. 465 assumunt, computant edictum a. 7. editum ideoque a. 457; deactis 483 annis $457 - 483 = -26$, i. e. a. 26. post Christum. Attenta differentia aerae vulgaris - 4 annorum *) - apparet, terminum, quo praedicta bona, „ut finem accipiat peccatum etc.“ et expletum = occidatur Christus, incidere in vitam publicam Teru Christi ca. a. 30-33

Comparando prophetiam cum historia profana habemus: Urbs Jerusalem cum templo excisa est U. C. 823 (vulg. 70. a.) die 8. Sept. (Jos. Flavus bell. VI. c. ult.) Labente Martio vel ineunte Aprile 820 coepit bellum ingresso Vespasiani in Palaestina. Decretum erat a Nerone, cum esset in Achaia, "post hiemem" i. e. mense Martio v. Aprile. Nero in Achaia erat hieme 819, qui desinebat ("post hiemem") mense Martio 820. Addendo annos = $3\frac{1}{2}$ quibus bellum durabat, 820 + labente Martio + $3\frac{1}{2}$ = 823 + 9 menses = mense Septembri a. 823 bellum finitur urbe destructa. Anni $3\frac{1}{2}$ est, dimidium hebdomadis "ultima" e 70. Hoc, dimidium hebdomadis aggravare dicitur in textu praeteritum () h. e. gravissimum, difficillimum, immo impossibile reddet pactum i. e. observationem foederis V. T., templum et sacrificium exigentis. Templum enim destruitur et victimae, fame grassante in urbe, non habentur.

frag. 93*) 13. Dionysius Exiguus (530) annum N. D. J. Christi 754 a. U. C. fixit. Sed (Luc. 2. 1-2) Jo. Bapt. (30 annorum vitae) publice praedicat 15^o Tiberii imp.; hic coepit regnare 765 ergo + 15 = 780 publica aetivitas Joannis B. Ergo eius Nativitas = eca Nativ. Domini = 780 - 30 = 750 vel 747 ita ut differat chronologie Dionysiana 47 annis, postulatam pro pravon.) Hinc annus emortualis Christi 750 + 33 = 783; quos concordat cum es, quos Arta. Long. gnare coepit a U. C. 300; additis Ann. (783) 7 = 483 = 300 + 483 = 783

Anno quarto ante initium belli, i. e. U. C. 816. coepit series portentorum terribilium, quibus Iudaei afflicti fuerant auctore Deo, in festo tabernaculorum, mense Septembri, i. e. hebdomada integra ante excidium urbis. Haec referuntur a Iosepho Flavio bell. iud. lib. 5. ubi legendumannis 5 menses pro 7 annis 5 menses. Christus ipse testatur (Math. 24. 15) Daniellum de se prophetasse. Ipse quoque applicat sibi nomen, "filius hominis" ex Dan. 7. 13.

10. Aggaeus (2. 7. ...) consolaturus iudeorum re-
niores ex captivitate babilonica reduces moerentes-
que, quod templum secundum gloriam tantum dista-
ret a templo Salomonico, cuius viderant magnifi-
centiam, ita valicinat: Adhuc unum modicum
est, et ego commovebo coelum et terram et mare et ari-
dum. Et movebo omnes gentes, et veniet desideratus
curctis gentibus, et implebo domum istam gloria,
dicit Dominus exercituum.

Meum est argentum et aurum dicit Dominus exer-
cituum Magna erit gloria domus istius novissimae
plusquam primae, dicit Dominus exercituum; et in
loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.

Prædicetur trice Messias venturus stante adhuc
templo secundo. Alqui hoc iam ab XVIII saeculis di-
xerunt. Ergo ante undeviginti saecula Messias

advent. Hic vero nullus alius est, in quo verificentur
h. l. praedicta. Ego Jesus Christus est verus Messias.

Etiam Malachias, ultimus prophetarum,
vaticinatur Messiam ad secundum templum es-
se venturum et rejecto sacerdotio aaronico (Levitico)
novum foedus novumque sacerdotium institurum
esse. Sacerdotes novi foederis „ ab ortu solis usque ad
occasum in gentibus“ (bagrim) offerent sacrificium
primum incrementum (mincha). (1. Malach. 1. 10);
deinde 3. 1: „ Ecce ego mitto angelum meum et prae-
parabit viam ante faciem meam“, coll. Math. 11. 10.
Hic (Joannes) est enim, de quo scriptum est Ecce
etc. Confer Luc. 7. 27, Marc. 1. 1.-4.

Zacharias praedicit humilem Messiam in Jerusa-
lem ingressum (9. 9): „ Exulta satis, filia Sion, iubila,
filia Jerusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus
et salvator; ipse pauper et ascendens super asinam...
coll. Math. 21. 5.

Pastores populi Israel amoventur, bonus pastor
salvare volens populum ab ipso rejicitur, veli pretio-
venditur, quod in locum solidum mittitur
foedusque cum populo solvitur, populus disper-
gitur „ percusso pastore“.

Conversum tandem sceleris commissi occisione pa-
storis proemittet. - Zach. 11. 4: „ Et appendentur merce-
tem meam viginti argenteos... Et tili: trainta:

argenteos et projeci illos in domum Domini ad stabe arum
 Et praecidi virgam meam....

(Couper Reinke, Beiträge zur Erklärung des N. Test.,
 die Weissagung Jakobs; die Messianischen Psalmen; Messi-
 anische Weissager; Bade, die Christologie des N. Test.

Knabenbauer, Commentarius in prophetas.) -

Scholion. Valicirnis V. T. innisci, Judaei Messiam
 quendam i. e. magnum Dei legatum, qui eos ad nobilio-
 rem feliciorumque statum proveheret, expectant.

Luc. 1. 76... (canticum Zachariae), Matth. 2. 2 responsum
 principum sacerdotum datum Magis, Luc. 2. 25 Sim-
 on et Anna expectant Messiam. Jo 1. 19. quaerunt legati
 Judaeorum: Tu es, qui venturus es? Mulier Samaritana
 (Jo. 4. 25): Scio, quia Messias venit. -

Christus et Apostoli ad valicirnia provocant, ut Messiamdian
 advenisse eumque Jesum Christum esse probent.

Scholion: cum prophetis echartem typi (τύπος, ratio; prä-
 gen) i. e. personae et res, quae praeter valorem et significa-
 tionem immediatam, historicam oeconomia V. T. Deo
 disponente solo Deo omniscio et omnipotenti in ordine
 revelationis fieri potest. Verba vero s. Scripturae, in
aliquibus locis, duplicem significationem a) historicam
 verbalem, immediatam b) typicam verbalem media-
 tam eatenus habent, quatenus Deus scripturae auctor,
 extraordinario, soli scripturae divinae proprio modo ver-

his duplicem significationem supponit.

Typi praecipui significantes Christum, veram eius Ecclesiam, resque sacras (sacramenta) sunt:

- I. Personales: Adam, (Rom. V, 14, 1 Cor. 15. 46) Melchisedech (Hebr. 5. 6 ...); Moses Deut. 18. 15; Matth. 17. 6; pater Israel uti „filius Dei“ Os. 11, Matth. 2. 16; David et Salomon - (Christus); Jonas (Matth. 12. 39).
- II. Reales: Agnus paschalis (Exod. 12, 1 Cor. 5. 7, Eph. 1. 7, Hebr. 13, Jo. 19. 33 „os non comminuetis ex eo“; Manna (eucharistia) Exod. 16, Jo. 6. 30; Aqua manans percussa petra Exod. 17 - 1 Cor. 10. 8; Sensus aeneus in deserto sublatus (Christus in cruce) Num. 21. 8 - Jo. 3. 14; Sion et Jerusalem (Ecclesia Christi) Jo. 2. 6, Is. 28. 16 - Hebr. 12. 22.

Cognoscuntur typi auctoritate N. T. et Veterum, qui videntur formulis, sicut scriptum est, „ut impleatur“ vel parallelismo opposito V. T. et N. T. circa haec.

Thesis III. Divinam suam missionem Jesus Christus comprobavit 1) miraculis omnis generis, non inordinato
2) sua gloriosa e mortuis resurrectione, et
3) veridicis, quibus eventus respondit.

Quem. 1. p. Quoad quarationem facti distinguuntur miracula a Christo patrata in classes sequentes:

- 1) circa elementa cosmica: a) sedat fluctus maris (Matth. 8. 23. cum parall.); b) ambulat super aquas (Matth. 14. 26. e. parall.); c) aquam convertit in vinum (Jo. 2. 1...);

d) multiplicat panes (Math. 14. 14 ... cum parall.)
 E) circa homines a) morbos sanat (Math. 4. 23 ... c. parall.
 „sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in po-
 pulo“; b) daemones expellit (Math. 8. 28 ... c. par.), g mor-
 tuos resuscitat (Luc. 7. 13. filium viduae in Nazim, Math.
 9. 18. c. p. filiam Tairi, Jo. 11. 43. Lazarum), quibus Chri-
 stus apparet redemptor a diabolo, peccato eiusque sequo-
 lis, morbo et morte.

Horum miraculorum vidas historica patet:

- a) ex authentia evangeliorum, ubi Iesus Christus ipse admi-
 racula provocat,
- b) ex tacita et expressa iudaeorum et gentilium confessi-
 one, qui facta non negant sed deloquent malis spiri-
 tibus vel artibus magicis ea attribuendo (Math.
 9. 34, Jo. 5. 16), Orig. de Celso l. 1.
- c) ex modernorum incredulorum ratione agendi cir-
 ca evangeliorum authentiam. (Conf. ev. aulh. p.
 et Jesch, Just. I. p. 62. Prop. V.)

Quoad cognoscibilitatem horum miraculorum ritibali-
 um (quaestio philosophica) et vim probandi revelationem
 — recolenda sunt et applicanda ad miracula Christi;
 quae dicta sunt de miraculis in genere (Thes. III. p.
 35-41.)

Scholion: 1.) Cum Christus probans miracula fidem
 exigit, indicat finem sui verbi et facti esse vitam super-

naturalem, cuius radix fides est. Agitur communiter de fide dogmatica (Messianitate et divinitate Iesu Christi) et saepe non a sanctoribus, sed ab aliis exigitur (Math. 8.5, 15.21).

2) Conatus modernorum explicare miracula per magnetismum, hypnotismum, spiritismum etc. ... realiter autem differunt a detorsione veterum (iudaeorum et gentilium).

- Quod modernam horum phaenomenorum formam apparet discerimen inter haec et miracula caetera, quae in philosophia (scripta p. 57. 65 etc) dicuntur in conferantur cum rationibus cognoscibilitatis miraculi veri. (Thes. 17. etc)

Dem. 2. p. Praeter miracula ab ipso Iesu Christo patrata attendenda quoque sunt ea, quae Eius Pater coelestis iuxta evangeliorum testimonia fecit

1) in Eius natalitate (Math. 1.18. seq. cum parall.);

2) in exordio vitae publicae (Math. 3.13. c. p.);

3) in fine eiusdem per transfigurationem eam confirmando (Math. 17.1, c. p. 2. Pet. 1.16 ubi provocat ad certissimum hoc divinae missionis Iesu Christi testimonium;

4) in morte filii testimonium dat Pater miraculis

a) velum templi scinditur, b) mortui resurgunt,

c) tenebrae et terra tremula orbis est (Math. 27.50 c. p.)

Eminet vero inter omnia omniumque est obsigillatio (comprobatio) authentica gloriosa Iesu Christi e mortuis resurrectio.

De ea statuimus:

- 1.) Miraculum resurrectionis supponit Iesum Christum esse verum mortuum. Id vero patet a) unanimi evangelistarum (Math. 27.50... c. p.), inclinato capite edidit spiritum;) et s. Pauli testimonio (Rom. 5.6, Hebr. 9.29)
- b) sollicitudine Pilati (Marc. 15.4) et sollicitudine militum, qui licet Christum viderint expirantem lancea tamen latus eius vulnere letali perfoderunt (Jo. 19.33), unus militum lancea latus eius aperuit et continuo exiit sanguis et aqua. c) Sollicitudine principum sacerdotum et pharisaeorum, qui eius resurrectionem timentes corde Christum inspexerunt, utrum revera esset mortuus, ne, novissimus error peior esset priore (Math. 27.62...)
- d) Sollicitudine piarum mulierum, imprimis s. matris Domini, et virorum, qui cum sepeliunt, e) conditione sepulchri et unguentorum copia, quae odore etiam sanum extinxisset; (Jo. 19.39); f) ex circumstantiis passionis et ipsius crucifixionis, g) testimonio Iesu Christi ipsius (Math. 16.21. duobus discipulis in Emaus proficiscentibus, quae oportet Christum pati ... occidi et tertia die resurgere.)
- h) e silentio totius antiquitatis, amicorum et inimicorum de rediivo, apparenter mortuo, de eius vita, morte etc. — ne mentio quidem fit. —
- Licet ergo in abstracto de morte hominis etiam crucifisci dubitari possit ideoque reviviscere possit; de morte Christi in concreto considerata cum omnibus circumstantiis dubitari nequit.

2. Mortuum revera resurrexisse probatur:

1.) Unanimitate testimonio evangelistarum (Math. 28. 2 ... cum parall.) qui appositiones Jesu Christi post resurrectionem narrant nec non testimonio reliquorum Apostolorum qui resurrectionem Domini uti fundamentum et sigillum totius praedicationis evangelicae habent; ita Paulus 1. Cor. 15. 14 "Si autem Christus non resurrexerit, inanis est praedicationis nostra, inanis est fides nostra".

Haec testes esse omni exceptione maiores, patet ex eis quae supra de authenticitate et credibilitate evangelistarum et apostolorum dicta sunt; imprimis a) sunt numerose, judaei, imo plusquam quingenti, iique oculati (1. Cor. 15. 6), a quibus alii, qui immediati non sunt (Marcus, Lucas), diligenter exquisierunt" (Luc 1.).

b) ad fringendum incapaces propter imperitiam, omni eandem, vitaeque sanctitatem,

c) nulla spes lucri affulgebat sed summum libertatis vitaeque periculum imminerebat, et revera carcerem et mortem subibant, quia oportet Deo magis obedire quam hominibus" (Act. 4.).

Haec mentis apostolorum mutatio, qui Christo capto dilapsi sunt (Math. 28. 56) eoque mortuo se occultaverunt, "melas Judaeorum" (Jo. 10. 40.), nominis ex firmissima de facto resurrectionis persuasione et cooperante, "virtute ex alto" (Act. 1) explicari potest.

Confirmatur hoc testimonium 2.) Synagogae silentio, quae cum a.) omnia fecerit ad quamlibet impediendam fraudem (Math. 27. 62), si qua apostoli essent uri, nunquam b.) eorum testimonii falsitatem delegere potuit, adeo ut c.) nihil ei reliquum fuerit, quam, ad testes confugere dormientes; quocirca d.) nunquam causa est apostolis propter fraudem dicere causam, contenta e.) silentio ipsis iudicato (Act. 4. 17. ...), ne unquam loquantur in nomine (Iesu) hoc ulli hominum.

3.) Ingens iudaeorum et gentium multitudo (Act. 2. 41, 4. 4) qui in Christum crediderant, quod explicari non potest nisi apostoli sui auditoribus factum resurrectionis suaserint. Id vero hoc in mediis propter haec fidem vitae periculis aliter fieri non potuit, nisi de summa testium veracitate et sinceritate omnis dubitatio esset exclusae.

Apostolos ab initio resurrectionem ut firmissimum religionis christianae fundamentum proposuisse patet (Act. 1. 21, 2. 22; ... 3. 12 --; 4. 33; Rom. 1. 4, 4. 25. Act. 15 supra etc ...)

Ego aut resurrectio Iesu Christi est factum historicum - aut Iesus Christus ipse, Apostoli, fideles, tota ecclesia Christi a prima sua origine usque ad nostra tempora miseri sunt deceptores aut miserere decepti. Quod ultimum cum sit impossibile, remanet primum.

4.) Jesus Christus ipse suam resurrectionem uti verum miraculum et praecipuum signum suae divinae legationis praedixit (Marc. 10.32 ... c.p.); Mt. 2.18 c.p.: „Solvite templum hoc ... Quare pharisaei Pilatum urgebant: „Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam.“ (Math. 27.63). -

Obiectiones incredulorum in praecedentibus praesumptae sunt. 1^o Strauss (Leben Jesu p.295...) ad tria capita eas reducit a) testes non sunt immediati -

Resp: Aliqui immediati sunt e.g. custodes; Paulus „sive ab homine“ sed ab ipso Christo in Damasco didicit - certissimam de resurrectione persuasionem habuit, omnes vero apostoli testes oculati apparitionum Jesu Christi post resurrectionem erant. Si ea quae in evangelis referuntur, non sufficiunt ad generandam in Apostolis certitudinem de obiectiva realitate personae Jesu Christi redivi, remaneret scepticismus universalis et acosmismus necessarius.

b) eo esse et eo agere corporis Jesu Christi, ut ab evangelistis refertur, contradictiones involvit, e.g. modo una modo altera forma (hordeum Mariae Mag.) apparet, modo januis clausis ingreditur modo cum apostolis manducat et alia. -

Resp: Agitur de corpore glorioso (τῶμα δόξης) Paulus.

typo beatorum post resurrectionem universalem (1 Cor. 15 :
 Peritur corpus animale, resurget corpus spirituale (impossi-
 bilitas, subtilitas, agilitas et claritas corporum). Materia
 „potest obedire” omnipotentiae Dei et imitari spiritus. -

Strauss et increduli cum eo miracula a priori excluden-
 tes, praesudicio sunt capsi ne divina intelligant objective.

Neque c) Evanthiophanicae apparitionum J. Christi post re-
 surrectionem valent evertere auctoritatem evangelistarum.

Etenim a) agitur de accidentalibus adiunctis temporis, loci,
 etc. non de substantia facti; β) haec diversitas probat potius
non ex condito et fraudulenter sed sincere idem factum
 a pluribus sicut diversis respectibus narrari, omnibus ab uno,
 quae ab alio narrantur. De his confer introductionem et
 exegesis harmonisticam.

2^a Similiter rejiciuntur ex iis, quae supra de acriofistia Is-
 tium resurrectionis diximus, tres hypotheses excogitatae a men-
 titis noantibus a priori, quidquid supernaturale est.

1^a Hypothesis - est, totam rem esse fraudem apostolorum.

Raimarus (Wolffenbütteleer fragmente) eam excolivit, quam
 Judaei Hierosolymitani data pecunia per testes dormien-
tes propagarunt; apostolos mentitos vel corpus Christi fu-
 ratos esse - respiciat eis, quae de eorum acriofistia sunt
 dicta. (Conf. p. 92.. n 2, 1. - 4).

2^a exponit (prof. Paulus Tubingensis) Christum non vere
 sed apparender tantum fuisse mortuum, qui deinde vi-

iuvenilis vigoris tepore sepulchri, virtute aromatatum vires recuperasse, e sepulchro exiisse et apostolos consolatum esse! Conteruntur dicta de vera morte Christi n. 1. pag. 97.

Friss L. J. Strauss absurde huic hypothese irridens dicit: „Ein halbtod! aus dem Grabe hervorgekrochener spief Umherleichender ... konnte auf die Jünger sinnlos den Eindruck des Fiebers über Tod und Grab machen!“ (Leben Jesu p. 298.)

Christus resurrectionem praedicans, ad eam appellans, incredulos (Thomam) increpans, uti seductor omnes sefellit! „der edelste der Menschen“ - - - „Ubinam latuit? Herder et Götter Christum frustra a fraude excusare volunt. (Josef ab Simathia et Nicodemus a Pilato corpus pecunia soluta emisse...) ubi sunt testes huius fraudis ab ipso Christo toleratae immo positive firmatae?“

3^a Hypothesis visionis (Strauss, Leben Jesu kritisch bearb. - Meißner) fingit Jesum Christum resurrexisse tantum in fide / o friedlsavach fantasia, apostolorum et phantasia, vivo desiderio nubita, ita ut oculis, „resuscitatum“ se esse fulaverint, hallucinantium instar. = visiones subiectivae - etiam Lang, Renan, Hausrath, Harnack). - Quae in statu abnormali hallucinantium concluduntur, non sunt „analogiae historicae“ eorum, quae historice acciderunt cum per 40 dies

apparerebat. Jesus Christus discipulis - ita, ut nisi omnes sensus homines sanos fallunt, eum videre, tangere, audire, manducare cum eo esse potuerunt.

Visiones obiectivae, quatenus Deus immediato influxu, sicut de pluribus sanctis narratur, in vim sensitivam agendo, Christum redivivum apostolis manifestasset eosque huius veritatis certiores reddidisset, et si apologetice veritatem religionis christianae confirmarent, tamen historiae factis de reali manifestatione Jesu Christi in corpore vero sed gloriose contradicerent, ideoque admitti nequeunt.

Rationalistae et monistae, ne facta supernaturalia admittant, potius evidentissima principia rationis et logicae spernunt. Recolantur dicta (1-2, 1, 4, p. 97)., Philosophiae subiectivo-idealisticae omnia sunt possibilis excepto ordine supernaturali.

Dem. 3. p. Sicut Moyses fundamentales eventus regni theocratici V. T. praedixit - ita quoque Christus, propheta sicut ille (Deut. 18) essentielles epochas suae Ecclesiae praenuntiavit.

1^o quidem, quae Jesu passionem, mortem et resurrectionem respiciunt: proditionem Judae (Math. 26. 21. c. p.), negationem Petri (ibid. 26. 74. c. p.), idque cum adiunctis proorsus determinatis;

2^o quae historiam Eius ecclesiae respiciunt: propa-
gationem ejus ex parvis initiis (granum synapis^o
usque ad „ terminos terrae“ non obstantibus persecu-
tionibus (Math. 13. 31 --- c. p.) Math. 24. 14, 10. 17. c. p. 21. 43.

3^o Fata populi judaici - : destructionem urbis
jerusalem (Math. 24. c. p.) et dispersionem populi;
eorum impletionem narrat Jos. Flavii „ De
bello jud. l. 7. , coll. Euseb. H. E. l. 7.

4^o Enu prophetia de lugubri exitu historia V. P.
conjungit Christus prophetiam de fine historiae mun-
di per iudicium mundi (Math. 25. 31) et gloriosum
eius alterum adventum (Math. 24. c. p.) omnium re-
rum regenerationem in resurrectione mortuorum.
(Math. 22. 29. c. p.) -

Aug. (de catechiz rudibus c. 24.): „ Nos, quia o-
mnia ista completa sunt, sicut ea in libris
legimus, qui longe, antequam haec complerentur,
conscripti sunt, ubi omnia futura dicebantur et
praesentia jam videntur, aedificemur ad fidem,
ut etiam illa, quae restant, sustinentes et per-
severantes in Domino sine dubitatione veru-
tatem credamus. -

Thesis XIII.

Series miraculorum indeque consequens cognoscibilitas divinae originis religionis christianae extenditur:

- 1.) ad rapidissimam eius propagationem,
- 2.) diuturnam mediis in saeculissimis tempestatibus conservationem,
- 3.) ejus efficaciam in transformanda generis humani vita in melius,
- 4.) ingentem martirum numerum eorumque invictam in testanda fide christiana constantiam.

Intra Ipsius Christi monitionem judaeis datam „si verbis meis non creditis, operibus creditis,” praeter opera (Thesi XII.) allata praecipuum Eius opus attendendum est. Ecclesia scilicet, in eius feri (propagatione), esse (conservatione) et agere (efficaciorum transformatione societatis christianae.)

Communis forma argumentandi in iura principio causalitatis est haec: In propositione maiore statuitur testibusque probatur factum historicum (celeritatis propagationis pervenit conservationis etc.) non in abstracto sed sub concretis suis circumstantiis; in propositione minore quaeritur ratio adequatae sufficiens talis eventus, quae in sola

virtute supernaturali Divina esse posse apparet; et utraque
deinde praemissa divina oratio rei christianae concluditur.

Ad 1. p. Demonstratio:

Factum celeritiae propagationis, postquam 3000 ba-
ptizati sunt ipsa die Pentecostes (Act. 2. 41.) et brevi post
5000, - divulgata notitia rei christianae per eos, qui Hiero-
solymsis convenerant: „ Parthi, Medi et Aelamitae et
qui habitant Mesopotamiam, Judaeam et Cappado-
ciam, Pontum et Asiam, Phrygiam et Pamphylia, Aegyptum et partes Libyae et advenae Romani. Ju-
daeii quoque et proselyti, Aethiopes et Arabes ” (Act. 2. 8...)
- patet jam ex Rom. 1. 8, „ fides vestra annuntiatur in
universo mundo... ut per Jerusalem in circuitu
usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi;“
nec non descriptis profanis Tacito, Suetonio et Pli-
nio ll. cc. supra p. Seneca (ap. Aug. de Civ. Dei l. 6 c. 11)
congruitur „ sceleratissimum gentem (christianorum)
per omnes terras recepta est; victi victoribus legem
dederunt. ”

Hinc Tertullianus (ap. c. 37): „ Hesterni sumus
et vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella,
municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias,
trahatium, senatum, forum. Sola vobis reliqui-
mus templa. ”

Licet imprimis „ praeures evangelizantur ” erant

ab initio inter christianos etiam sacerdotes judaei Pisthones, Apollo, Crispus (Act. 6; 18; 17); Proconsul Sergius Paulus, Dionysius Areopagita (Act. 17.), philosophi: Justinus, Athenagoras, Flavius Clemens quisque uxor Domitilla etc...

Attendantur adjuncta facti. Tria sunt, quibus homines ab hominibus naturaliter moventur

- 1.) vis materiae seu vis physica gladii et tormentorum,
- 2.) vis consuetudinum seu passionum, concupiscentiae carnis, concupiscentiae oculorum, superbia vitae?
- 3.) vis ingenii, perspicacitatem et artem.

Atque haec omnia non solum a apostolis deceant sed et haec omnia uti impedimenta obstabant.

Ergo ratio sufficiens impedimenta superans et effectum fidei et morum christianorum producat - sola vis supernaturalis (Deus) esse poterat.

Item ad 1.) Vis gladii a Christo (Math. 26. 52) prohibetur, - contra christianos vero per tria prima saecula adhibetur. -

Ad 2.) Legem decalogi, non moechaberis exponit Christus Math. 5. 28, Ego autem dico vobis, quia omnis, qui vidit mulierem ad concupiscendum eam, jam moechatus est eam in corde suo.

„tunc non bajulabit crucem suam, non potest esse meus discipulus.“ Immo ex eo, quod Christus violentiam et

damnum potius pati iubet (Matth. 5. 40) quam inferre, adversariis religionem Christi progressui materiali culturae inimicam esse calumniantur.

Ad 3. Docet 1 Cor. 1. 21: „Placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes... nos praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum gentibus autem stultitiam...“ („Superstitio exitabilis“ - ita de religione christiana Tacitus ann. XII., „amentia“ Plin. ad Traj; etc.) -

Sive subjective in pluribus apostolis, indoctis praedicatoribus, exosis Iudaeis - sive objective in mysteriis morumque principiiis et consiliis evangelicis, religionem christianam considerans cumque rerum statu religionis ethnicae comparas, - media naturalia propagationis minima, obstacula vero et impedimenta maxima fuisse cognoscuntur; eaque ex rationibus religiosis et politicis, scientiae et artis aequae obstabant ac patrii mores atque pietas.

Confirmatur conclusio divinae originis, si considerantur effectus perennes, totum genus hominum pervadentes et in melius mutantes, effectus qui medio auro e.g. per apostolum Indorum et Japonensium s. Franciscum Xav. eadem fere ratione rediuequebantur, quae semprore apostolorum rigebant, neque semprore praesenti omnino desunt.

Obiectio 1. petita a simili propagatione seotarum e.g. mohamedanismi, protestantismi - praecipua est in praecedentibus. Vis physica et passiones propagaverunt religionum systemata maiora. Historia testis est. Praeterea differunt latitudine et diversitate ethnologica, duratione incommutabilis essentialis et effectu religioso-morali. Ceterum non sustinent et protestantismus, 300 annis vitae elapsis, dilabitur. - Praeterea facilior est perversio catholicorum ad haeresim quam conversio gentium ad fidem. (Tertull. Apol.)

2. Si cum Renan, Gibbon, (History of the Decline and fall of the Roman Empire) causae naturales quaeruntur: a) in conditionibus socialibus gentium I-II saec. (superstitiosa credulitas, tardium et reactio contra senescentem vitam publicam religioso-moralem) - b) personalibus apostolorum dotibus („zelus inflexibilis et intolerans), c) in religionis christianae connaturali affinitate cum hominis natura.

Respondemus: Distinguendae sunt conditiones et dispositiones propagationi faventes (natura et gratia se complet) ab ipsis causis efficientibus. Consideratis omnibus longe praevalet impedimenta propagationis et improprio causarum naturalium. (Confer Aug. de Civ. Dei, Euseb., praeparatio evangelica).

Ad 2. Demonstratio.

Factum conservationis religionis christianae (in forma sociali ecclesiae catholicae) per duo fere millia annorum a) inconcussa fide monumque principis, b) reparatis ruinis, quae a missione integrorum provinciarum schismate vel haeresi acciderant, ipsa coexistentia ecclesiae universalis in oculos incurrat.

Circumstantiae facti, divinam eamque supernaturalem tutelam Dei prodentes sunt:

- 1.) Hostium numerus: iudaei, gentiles, haeretici, mohamedani, schismatici, increduli, principes et potentes huius mundi, societates secretae, ipsique filii rebelles.
- 2.) Amplitudo pugnae fere continuae ubique terrarum et gentium, contra omnia et singula dogmata et institutiones.

3. Armarum omni genere, quibus uti potest homo (Vide Thesis praec.: vis physica vis passionum vis ingenii).
 Contra ecclesiae arma, non sunt de hoc mundo — sola plerumque hostes superabat patientia.

Argumentum hoc indicavit sapienter iam Gamaliel (Act. 5.38): Si est a hominibus ... hoc opus, dissolvetur; si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud? —

Obijcienti durationem Buddhismi, Brahmaismi, Mohammedanismi ipsiusque Iudaismi — respondemus: Iudaismus a providentia Divina conservatur in testi-

monium christianismi. - Reliqua systemata multipliciter mutata, potestate civili suffulta iisdem causis naturalibus, quibus orta sunt, quoad antem eorum servandur, neque - quod caput rei est - sed sandisque armis impetundur, criticamque fugiunt, quam revelatio exigat (Tertull. Apol.)

Dem. 3. p. Jam in praecedenti parte usi sumus principio, ex fructibus cognoscetis eos. Hoc loco teste historia statuimus factum transformationis generis humani ex vitiorum colluvie in statum religioso - moralem christianum. Religio revelata facta est anima et vis motrix mirrorae culturae christianae.

Circumstantiae huius transformationis sunt:

- 1.) terminus a quo -, degeneratio scilicet cognitionis theoreticae et vitae practicae gentilium infima, prout s. Paulus Rom. 1-25, 3.9. 1 Cor. 6.9. ... et ipsi profani (confer, quae Theri. T. p. 17. de necessitate morali revelationis, sunt dicta) auctores referunt;
- 2.) terminus, ad quem -, sc. vita „regni veritatis et sanctitatis“ (Jo. 17.10) christiana. a) Tertull. apologet. 44. ad acta provocans iudicialia romani imperii praesidibus de fuga vitiorum dicere potuit: „Vestras iam contemparur actus, qui quotidie iudicandis praesidiis praesidetis --- de vestris semper aetual carcer; de ve-

stris semper metalla respirant; de vestris semper bestiae sa-
ginantur... Nemo illis christianus, nisi hoc tantum (i.e.
solummodo propter fidem in Christum) aut si et aliud, jam
non christianus (deficit a fide) 3. virtutes accendunt, gradu
heroico, quarum inter gentes neque idea ideoque neque vo-
cabulum habebatur e.g. a) humilitas, significabat juxta
etymologiam (humilis, нѣтъ) oboekou poddanost Niedrig-
keit), b) castitas angelica virginum, cui frustra opponitur
virginitas Vestalium, numero paucarum, non perpetua, co-
aeta porisque custodita, honoribus et commodis compen-
sata - ; de virginibus christianis Tertull. apol. c. 50: „ma-
gis timuisse ad leones quam ad leones damnari.“ c) Patientia
et perseverantia invicta juxta exemplum Salvatoris in cruce
d) amorque inimicorum, quem Julianus Apostata (? 10. 497)
admirans suis immitandum frustra commendabat. Idem
effectus usque ad nostra tempora per praedicationem reve-
lationis in ecclesia catholica habetur, uti historia missi-
onum Soc. Jesu in Paraguai et s. Francisci Xavierii in
Indiis probat. - (Confer Weis, Weltgesch.) Quapropter jure
merito Origenes (c. Celsum l. 1. n 47.) „Divinitatis testes sunt
tot ecclesiae hominum, qui a vitiorum colluvie avari con-
ditiori se totos adiciunt et in omnibus illi placere student.“
Nostra vero aetate societates publicae ab ecclesia Christi-
dum recedunt et fundamenta fidei et morum Christiano-
rum, quibus inaedificatae ab initio fuerant, dum sper-

nunt, imminens periculum revolutionum politicarum et socialium ipsiusque anarchiae subeunt. Auctoritate enim sociali a fundamento mo, Deo, soluta, obedientia quoque subditorum solvitur. Cum bonis spiritualibus fidei et morum, ipsa quoque bona prosperitatis temporalis per hyperculturam modernam periclitantur. (Conf. Timmen auct. Laach. das Problem der Kultur Eng. Heft 1888 n. A. Weis Grundzüge einer Kulturgesch. Apologie). -

Factum martyrii cum circumstantiis, quae divinam cooperationem supernaturalem manifestant, - certum est: 1.) quoad magnum numerum martyrium omnis aetatis, conditionis et nationis utriusque sexus a) et ipsis auctoribus ethnicis (Seneca ep. 7, Tacit. annal. 15.) et legum existentia, quibus persecutio christianorum statuitur; sollicitantibus primo Iudaeis (Mamach I. 6.; Tertull. Scorpiae. e. 9.) deinde fanaticae plebe et auri avidis indicibus; (lex sacrilegii et majestatis causa) b.) directis testimoniis Apologiarum (Justini, Athenagorae, Tertulliani, Lactantii, Irenaei - historia Eusebii VIII. nec non actibus martyrum e.) longa duratione ab a. 64. sub Nerone usque ad Diocletianum a. 305. - Accusabantur vero christiani uti „genus hominum superstitionis novae et maleficae (Justin.), hostes imperii; valitius exosi; athaei; epularum Thyestearum rei; publicarum calamitatum causa - quapropter Tertull. (Apol.): „Si Tiberis ascendit in moenia, si Nilus non ascendit in arva, si coelum stetit, si terra movit, si fames, si lues - statim, Christianos ad leones.“ -

2. crudelitas tortorum vincitur constantia et patientia martyrum: Latrones et robusti corporis viri iusmodi lacerationes perfere nequeunt: exclamant et gemitus edunt, vincuntur dolore, quia deest eis inspirata patientia. Nostri autem - ut de viris laeam - pueri et mulierculae tortores suos taciti vincunt et exprimere illis gemitum nec ignis potest. -

De reliquis virtutibus: sapientia, cui non poterant resistere et contradicere omnes adversarii (Luc. 21. 15, Ergo dabo vobis os et sapientiam "...), animi humilitate et modestia, salutari timore magnaque in Deum fiduciā, animi hilaritate et libertate, inimicorum charitate ita Augustinus (serm. 273.): "Quomodo ampullae unguentorum, quando magis franguntur, tanto amplius odor (virtutum) diffundebatur." - Quapropter 3. effectus conversionis gentium ad fidem tale martyrium uti signum divini interventus existimantium: "Plures efficiuntur, quoties metimur a vobis; semen est sanguis christianorum (Tertull. apolog.) Nam cum videat vulgus dilacerari homines variis tormentorum generibus, et inter fatigatos carnifices invictam tenere patientiam, existimant, id quod res est, nec consensus tam multorum, nec perseverantiam morientium vanam esse, nec ipsam patientiam sine Deo cruciatibus tantos posse superare." (Lactantius l. 5). - 4. Materiale hoc testimonium (ipso facto martyri) confirmatur et completur testimonio formali, verbis scilicet, quibus in-

ter larmenta et eorum iudiciis facta revelationis christianae et praecipua dogmata fidei - testantur, certissime de iis sibi esse persuasum, testantur verbis et sanguine. Tales testes in his circumstantiis si falli et fallere possunt - desperandum esset de auctoritate testimonii cuiuscunque.

5. Accedunt miraenta, martyrium saepe concomitantia, praesensque Dei auxilium manifestantia, quibus gordes maxime ad fidem amplectendam et pro ea ipsum martyrium, subeundum movebantur. - Praeter actus martyrium, Trajaneus l. 2, c. 32., Aug. de civ. Dei l. 22 c. 8 plurima miraenta facta testantur eaque publica adeo certa et indubia, ut patres suis adversus gentiles, incredulos et haereticos disputationibus confidenter ad ea provocent.

Celeberrimum est, quod episcopus Victor de Vita in sua, Historia persecutionis Vandalicae narrat, martyres urbis Ticipasa in Mauritania Caesariensi, linguis radicibus reisis, expedito locutos Christumque confessos fuisse. Plurimi in diversas regiones dispersi, testes miraculi et fidei propagatores facti sunt, inter quos subdiaconus, Reparatus Constantinopoli ab imp. Zenone ejusque uxore maximo honore habebatur. Confirmatur factum testibus profanis, comite Marcellino et ab ipso imp. Justiniano et Aenea Gara-ensi (dial. Theophrastus

Beholion 1. Historia ecclesiastica testis est et in processibus canonizationis sanctorum authentice probantur facta miraculorum tum sanationum morborum (plurimum) tum etiam resuscitationes mortuorum (per s. Dominicum, Ray-

mundum Franciscum Xavier., Philippum Neri et aa.-

Nostra aetate provocamus ad facta critice examinata et testificata in Lourdes (Boissarie, die grossen Heilungen in Lourdes, deutsche autor. Übers. v. J. J. Baustert - Lingen a. d. Ems 1902.).

2.) Attentis circumstantiis expositis praecipua est solutio obviae objectionis: Etiam heroes profanos (Regulus) fanaticos, milites - pro patria vel gloria acquirenda magna perperos esse tormenta, mortemque subisse.

Neganda est paritas inter hosce et martyres: a) quoad numerum; singuli rari opponuntur multitudini maximae; b) viri robusti - senellis etiam virginibus (s. Agnes); c) motivis; gloria obstinataque opinio subjectiva ex una - ignominia crucis et testimonium pro doctrina Christi; d) vitia fastus, odii inimicorum, fanaticismi opponuntur virtutibus martyrum recensitis. e) heroes isti aut mortem aut ignominiam - martyres libere mortem, tormenta, cum omnium bonorum temporalium jactura subeunt, sola spe vitae aeternae Deique amore moti. -

Ad § 2. n. 3). pag. 61. Continuat: -

Thesis XIV. Criteria interna excellentiae 1.) personae
2.) operis Jesu Christi - confirmant divinam Eius religionis originem.

Status quaestionis: Juxta divisionem exteriorum revelationis (pag. seqq.) criteria interna praebent possibilitatem et probabilitatem originis divinae revelationis

quatenus (negative) nihil continent contra sanam rationem ordinemque naturalem moralem immo (positive) summam cum ordine intellectuali et morali congruentiam exhibent.

Si vero ista duo probantur 1^{um}: necessitas moralis alicujus positivi adiutorii Dei, ut homines veram religionem theoretice cognoscant et practice exercent, 2^{um}: comparatis omnibus systematicis religionibus, quae divinam originem praeserunt, sola religionem christianam interna exhibere criteria (negativa et positiva) - logice ex his praemissis deducitur, eandem esse sola divinae originis.

Brevior tamen et omnibus magis accommodata est vita, quam nos elegimus, directe probando criteria extrinseca divinam religionis christianae originem. -

Hoc loco complemus argumentationem apodicticam ex miraculis et vaticiniis et principia statuimus ad solvendas objectiones contra excellentiam doctrinae christianae ab incredulis motas. (Confer. Gutherli, Apol. 2 Th.)

Quaestiones quae circa criteria interna verae religionis moventur sunt: 1. an respondeat indigentiae humanae intelligentiae quaerentis veritatem de homine, de mundo et Deo (quaestiones metaphysicae); 2. an respondeat indigentiae (požadavku, Bedürfnis) ethicae voluntatis humanae (quaestiones ordinis moralis, de malo peccati et liberatione ab eo.); quibus cohaeret 3. cultus Deo dignus. - Praeter istas quaestiones primarias salutis aeternae satisfacere debet vera religio exigentiae hominis, anima et corpore constantis, 4. quoad

prosperitatem temporalem (blahobyť časný) non solum non impediendo sed etiam positive saltem indirecte promovendo. -

Jam vero omnia haec in religione Jesu Christi reperiri eminenti ratione ostendi possunt. Ergo demonstratio criteriis externis confirmatur internis.

Demonstratio 1. p. - In persona Jesu Christi apparuit idea humanitatis perfectissime realizata Philipp. 2. 7: „inventus est ut homo." Plato, res publ. II, Cic. Quaes. Tuse I. hominem idealem quaesitum a saeculis non invenerunt; „quem adhuc nos quidem vidimus neminem (Cic). -

Ejus inerrantia - manifestata dictamine legislatoris „Ego autem dico vobis (Math. 5. 22 e. p.), quem frustra pharisaei, capere studebant in sermone; „Ejusque impeccantia - eum poterat inimicos suos provocare, quis me arguet de peccato (Jo. 8. 7.) absolutam perfectionem utriusque facultatis rationalis in Jesu Christo perfectamque harmoniam omnium virtutum praestavit.

Sicut pharisaei ita neque increduli moderni, arguere possunt Christum de ullo peccato vel errore, utroque Christum idealem esse causam exemplarem hominis fatentur.

Rationalismus vulgaris Christum cum Socrate (Lassault 1853 Socrates n. Christus) moderni (Strauss, Ainan, Schopenhauer, Bluntschli) cum fundatore Buddhismi,

εακρυα - Ηυνη, comparant et coordinant. - At vero ethica Socratis ut ethica graeca in multis correcta sed in pluribus etiam in rebus fundamentalibus (N. deat. praec.) affecta. - Buddha ignorat Deum Creatorem et ultimum finem, docens nihilismum (Nāvana) hominem cum bruto coordinat docens metaphysicam, ethicam sine dogmate, et religionem sine Deo tradens. - (Conf. Xenophon, Symp. 226. & idem Hom. 1.3). Hettinger, Apologie d. Christ. 18. Vortrag. -

Hinc summa hominis perfectio et norma absoluta culturae hominis est imitatio Christi. (Confer. etiam A. Weiss, Apologie d. Christent. vom Standpunkte der Moral, Herder.)

Tem. 2. p. Quae supra (Status quaest.) a vera religione exigat ratio et voluntas theoreticae in doctrina, practicae in ethica et cultu, - praestare a religione Christi praestari poterit decursu totius theologiae dogmaticae et moralis nec non liturgicae christianae ad quas h. l. remittimus. Et illud, quod natura humana maxime exigebat et ante Christum frustra nummis conatibus quaerebat. (Vide A. Weiss, Apologie, Humanität u. Humanismus 2. Vortrag.) ut liberetur a malo peccati et mortis - per redemptionem in sanguine Christi - religio christiana praebuit.

Quoad prosperitatem temporalem 1) singulos docet esse a) sui juris utpote omnes ad imaginem Dei creatos et per sanguinem Agni Dei regeneratos filios adoptivos et ideo haeredes regni caelorum; omnes ratione et libertate praediti b) aequalis juris sunt (ρονοπραόνι) eorum lege ut

et factis apostolorum prout prima hierarchia ecclesiastica - de exordiis ecclesiae (Act. app. - 2.3.4.6.7.8 - Marc. 16.15.); de regni Christi propagatione (Act. 18.5-15.; 10.1-42; 13.1 uq.) de cura apostolorum circa neophylos (Act. 15.41.); ex epistolis apostolicis diversarum ecclesiarum juxta 1. Cor. 9.13. „deserviunt altari benedicentes calici“ qui est, communicatio sanguinis Christi „et frangentes panem“, qui est participatio corporis Christi“ (1. Cor. 10.16. coll. 11.23....)

Factis et factis docent apostoli, sibi fuisse persuasum, se esse missos cum potestate sanctificandi homines, „ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem (mystici) corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi.“ (Eph. 4.13.). -

Scholion. (Instituta ecclesia Christi aborita est oeconomia V. F.) - Evangelium Matthaei, dictum „evangelium regni Dei, postquam initium ministerii publici Jesu Christi promulgavit verbis: „appropinquavit regnum Dei, poenitentiam agite,“ - ostendit narratione factorum pragmatica, Synagogam ab initio Christo alienam, postea inimicam et tandem Iudaeam, - occidisse dignitate

„populi Dei“, et postquam „adimpleta est propheta“
„unctum fuisse Sanctum Sanctorum“ (Dan. 9.) i.e. aboli-
ta oeconomia V. T. instituta est oeconomia N. T. in ecclesi-
a Christi. —

a.) Sicut in sanguine animalium pepigit Deus per Moy-
sem in monte Sinaj foedus vetus (Ex. 24.8,) ita in sangui-
ne Christi in monte Calvariae inauguratum est foedus novum.
(Hebr. 9. 16. seqq. et Math. 26. 27.) — Velum templi scissum — signum
erat apertum fuisse universo populo aditum ad thronum
gratiae N. T., quem sanctum sanctorum V. T. praefigurabat —
Summa auctoritas religiosa (summus sacerdos, seniores po-
puli et principes sacerdotum) rejecit Christum uti prophe-
tam (Math. 26. 67), regem (27. 11. seqq.) et sacerdotem (ibid. v. 25);
quare propter „auferetur ab eis regnum Dei et dabitur genti fa-
cienti fructus eius.“ (Math. 21. 33, Mc. 12. Luc 20.) Duodecim apo-
stoli eliguntur uti collegium „οἱ δώδεκα“, illi duodecim (Math.
10. 1, 11. 1, 20. 17, 26. 14.; Marc. 3. 14. H. 10. etc. Act. 6. 2. — etiam quan-
do post mortem Judae pauciores (Jo. 20. 24.) vel post electio-
nem Mathiae et vocationem Pauli plures sunt — semper οἱ
δώδεκα, dicuntur) — qui originem ducentes esse populo du-
odecim tribuum, abhinc substitui debent in eius locum
uti 12 columnae ecclesiae universalis per translatum
in eos munus magistrum, regiminis et sacerdotii

b.) foedus novum de jure „ per mortem testatoris ” (Hebr. 9. 16.) Christi perfectum, de facto obligare coepit per promulgationem die pentecostes datusque locus poenitentiae et conversionis Judaeis. (Act. 2. 39.) usque ad templi destructionem, urbis eversionem populi que Judaici dispersionem finito bello Judaico per Titum (a. 70.) (Confer dicta de prophetia Danielis) Jacobus, frater Domini primus Hierosolymorum episcopus, cognomento dikaios, et דף שׁוֹרֵף (propugnaculum populi) frustra populum suum ex „ umbra ” V. T. in „ lucem ” N. T. per agnitionem Messiae traducere conabatur; supervenit „ abominatio desolationis ” „ et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio ” templi et urbis. —

c.) Reseissum esse V. T. posthaec clarissime patet ex eo, quod, —

α.) sacerdotium Leviticum non solum de facto sed etiam radicaliter de jure est restinctum ita, ut restitui non possit propter tribuum confusionem, qua cognitio genealogica ex Aaron facta est impossibilis; ideoque etiam β.) sacrificia, cessante sacerdotio et templo, sunt impossibilia;

γ.) neque observatio reliqua legis, hierarchiam et templum maximam partem supponens, est possibilis. —

Conversionem finalem judaeorum praedicit Oseas 3. 4 seq., Ezechiel 34. 28 seq. „ quaerituros esse Dominum suum et David regem suum i. e. Messiam. (coll. Rom. 11. 25 seq.)

Objicienti — ex reprobatione populi electi propter cri-
men infidelitatis et Treidii sui Messiae equi V. T. vel
nullatenus fuisse „praeparationem evangelicam“ vel con-
siliium Dei impeditum fuisse malitia hominum,
et Confirmanti vim objectionis ex eo, quod sacerdoti-
um V. T. in exercendo magisterio cum advenit, ple-
nitudo temporis „non solum non erat populo dux et
„paedagogus ad Christum“, sed e contrario ejus seductor
pessimus, ut historia passionis Christi et pragmatica
descriptione eventum in Matthaei evangelio patet. —

Respondemus: 1.) V. T. fuisse „paedagogum ad Chri-
stum“, praeter Pauli auctoritatem docent omnia quae
de vatianis et tyris (prophetia verbali et reali) dixi-
mus) V. Testamentum, utpote imperfectum in N. Testa-
mento perficiendum, infallibile magisterium ordinari-
um non habuit Fini certae instructionis religiosae popu-
li providit Deus per munus extraordinarium propheta-
rum [nec non per Urim et Thumim, quod vulgata ver-
lit significanter: „veritas et doctrina“]. — Christum ventu-
rum infallibiliter praemonstrabant prophetae, munere do-
cendi extraordinario. Christum praesentem monstrabat
Joannes B., „plusquam propheta, et quod summum est

Jesus Christus, - ὁ ἑρσὸς τῆς - dictis et factis testimo-
nium sibi ipsi tulit, - „testes“ - magis hos - pasto-
res et sacerdotes instituens apostolos pro „omnibus
gentibus“

„Lex et prophetae usque ad Joannem, ex eo, regnum
Dei (jam praesens) evangelizatur“ (Luc. 16.16). -

Neque negligendum est responsum supremi magiste-
rii V. T. exquisitum sollemniter a Herode rege adve-
nientibus magis ex oriente, quod dederunt, provocan-
tes ad Michaeam 5.2. de Christo nascituro eo tempore
in Bethlehem (Math. 2.6 seq.)

Expectatio Simeonis et Annae, certitudinem mu-
lieris Samaritanae de adventu Messiae et aa. soluti-
onem objectionis confirmant.

Thesis XVIII.

Verbis Christi Math. 16.18. seq. promittitur
Ihu primatus jurisdictionis in universam ecclesi-
am

I. Translaciones. Primatus vi vocis significat esse in a-
liquo ordine primum. Iuxta diversum ordinem des-
tinguitur 1) primatus honoris, cum quis primum occu-
pat locum in secundo, incedendo de. honoris causa;

2) primatus excellentiae cum quis ceteros praecellit aliqua dote e.g. Themosthenes tenet primatum inter oratores; 3) primatus autoritatis, in quo uterque respectus praecedens concurrit, ut quis sit primus in negotiorum gestione (chef) (předseda) 4) primatus jurisdictionis, qui est potestas regendi subditos non solum directive ^{sed praecipitive} potestate legifera, judiciaria et coactiva. Hoc sensu ultimo docet concilium Vaticanum sec. H. cap. 1: „ iuxta evangelii testimonia primatum jurisdictionis in universam ecclesiam immediate et directe beato Petro apostolo promissum atque collatum fuisse.

Argumentis demonstrativis ex textu evangelico, praemitimus indicia, quae argumentis ipsis viam sternunt dum ex singulari Christi in Petrum oeconomia et ex universa evangelistarum loquendi scribendique ratione ostendunt, Christum praetulisse Petrum ceteris apostolis. -

Id vero patet 1) ex nominis impositione (promissa) cum primum Simon (Petrus) per Andream Christo adducitur, qui dicit: „ tu vocaberis Cephas ” קֶפֶס (Jo. 1₄₂ Marc 3₁₆) (hebr. פֶּטְרוֹס) coll. Math. 16₁₈: „ tu es Petrus ” = (קֶפֶס).

Animadvertendum est a) iuxta Js. 28₁₆ Ps. 117₂₂ Mth. 21₄₂ etc. nomen Cephas designare prerogativam Christi propriam („ lapis angularis ”); b) Teum non imponere

nomina vicia et nuda, sed confere simul id, quod significant e.g. Gen. 17.5.15 mutatis nominibus Abram in Abraham, Sara in Sarah; Math. 121.

2.) Ex Math. 17.23., coll. 18.1 et 20.25, Christum in solvendo tributo Petrum sibi adjunxisse, unde orta est discipulorum controversia, quis eorum esset major; Christus non negavit, aliquem eorum futurum esse majorem ceteris, sed fastum et pompam vult ab eo exclusam (Luc. 22.26.): „ Qui major (ὁ μεῖζων) est in vobis, fiat sicut minor; et qui praecessor (ὁ ἡγουμένος) est, sicut ministrator.“

3.) Petrus semper adest, cum Christus eximium aliquid operatur e.g. in transfiguratione; in resurrectione filiae Jairi, in hortu olivarum ante passionem etc. (Math. 17, seq. 26.36... - Marc. 5.37. Luc. 12.24 etc.) Concordat cum dictis 4) modus scribendi evangelistarum a) „ Simon et qui eum illo exat ὁ Συμῶν καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ (vel οἱ οὐρ αὐτῶ...) Marc. 1.36: Discite discipulis et Petro“ Marc. 16.7. Petrus cum undecim“ v. Petrus et reliqui apostoli.“ - Act. 2.14. - b) Quotiescunque catalogus apostolorum recensetur, Petrus primus loco ponitur et apud Math. 10.2... discrete „ ὁ πρῶτος“ dicitur. Conf. Marc. 3.16.; Luc. 6.14. Act. 1.13. Haec quidem sunt indicia praerogativae specialis Petri, quorum nulla alia ratio sufficiens indicari potest praeter primatum Math. 16.18 promissum et Jo. 21.15. edictum

II. Quibus praemissis accedamus ad argumentum ipsum ex Math. 16. 18 seq:

Petrus, postquam confessus est, Tu es Christus Filius Dei vixit meruit a Christo audire: „Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non prevalebunt adversus eam”. - (Confer contextum totum). Instituendo A. exercitium logico-grammaticam hujus textus, quaerimus 1^o quis sit, quem Christus alloquitur et 2^o quid significant verba a Christo prolata.

Ad 1^{um} asserimus. Petrus, Bar- (filius) - Jona est, quem Christus alloquitur. Id patet: 1) ex immediato contextu, in quo omnibus respondentibus apostolis, Christus omnes alloquitur; ita uno respondente Petro, unum eundem alloquitur 2.) ex textu ipso, in quo pronomina et verba („tibi dabo - ligaveris - solveris”) secundam personam singularem significant, quam alloquitur Christus v. 17. indicato nomine proprio: „Beatus es, Simon Bar-Jona” laudans et approbans ejus professionem „Christi, filii Dei;” vicem reddens Christus proseguitur: „Et ego [= καὶ ἐγὼ δὲ σοὶ - et ego vicissim - a πάρεσσι τὸ πρῶτον] Haec omnia vv. 17. 18. 19. unam responsionem continent ad eandem personam directam.

3.) Explicatur nomen, Petrus significare objectivam praero-

gativam, tu es petra" et indicatur ratio, cur vocatus fuerit prius, Petrus" (Jo. 1. 42 Marc. 316.) Atqui haec ad solam personam Petri Apostoli referuntur.

4.) Confirmantur dicta ex identitate vocabuli bis repetiti in textu originali chaldaico: Tu es ܢܦܘܕܐ et super hoc ܢܦܘܕܐ aedificabo..." Idem valet de versionibus vetustissimis armena aethiopica, coptica, persica, syriaca et slavica (s. Cyrilli saec. IX.), ubi versio habetur: „Tu es Petrus i na sem petre"... licet alibi in eodem evangelio ܡܝܦܬܪܐ vertitur vocabulo, kámen" — Protestantium effugium doctissimum, Christum digito in semetipsum ostendentem, protulisse verba: „super hanc petram aedificabo ecclesiam meam", perverunt nescium textus et ironiam potius quam praemium professionis divinitatis Jesu Christi continerent. Augustinus dicens (Retract. l. 1. c. 21): non legi, Tu es petra sed tu es Petrus; petra autem erat Christus" ideoque eligi posse alterutram expositionem, Petrum vel Christum dici fundamentum ecclesiae — immittitur falso supposito ex ignorantia linguae originalis, ideoque nullius est momenti haec Augustini difficultas philologica. (Ita etiam Bellarminus: De Rom. Pont. ad h. l.) — 2^{um}: Quid significetur verbis Christi allegatis 1) exponitur dictione metaphorica: „aedificabo ecclesiam meam, quae metaphora jam ex Math. 7 24. nota, ubi expositis principis

regni Messianici (cc. 5-7) imprimis in octo beatitudinibus (c. 5.) concludit qui „verba haec servaverit, assimilari sapienti architecto, qui aedificat domum suam supra petram (ut resistat impetui, ventorum et fluminum). — Ergo „aedificare ecclesiam super petram“ = fundare societatem credentium, inniscam firmo et efficaci principio unitatis et firmitatis. Tale principium in societate est auctoritatis vinculum morale intellectus et voluntatis subditorum, habens normas cognoscendas et obligatorie dirigendas ad consequendum finem communem. In societate religiosa istae normae, seu media ad finem, sunt veritates fidei et principia morum, quibus respondet auctoritas docendi, et juris dicendi seu auctoritas jurisdictionis complectens et magisterium et imperium (spirituale) dirigens obligatorio modo cooperationem credentium ad finem salutis aeternae.

2^{um} Consequens hujus firmitatis „regni veritatis et sanctitatis“ Christi (Jo. 17. 34.) est expressum verbis sequentis: „Et portae inferi non praevalent adversus eam.“

Exponentes hoc incisum, dicimus

a) Pronomen „eam“ grammaticae et logice necessario refertur ad „Ecclesiam“.

b) Terminus „portae inferi (= πύλαι ἄδου) formatus est ad analogiam usus loquendi orientalium, adhuc relenti in dictione: „Alta porta, vysoká Porta i.e. regnum Turcorum. Portae per metonymiam significat potestatem jurisdictionis, quae in Oriente ad portas civitatis exercebatur. (Job. 54, Is. 29. 21.); ἄδης (inferi) est locus mortuorum, qui beatitudinis participes nondum sunt (Act. 231. Apoc. 68 vel in specie damnatorum (Luc. 1622.), qui etiam locus proprius daemonum et sociorum eorum dicitur (Luc. 831. Apoc. 203). Hic locus representatur uti civitas cum portis, quae clavis clauduntur (Apoc. 9.1) et cuius incolae pugnant contra regnum Christi (1. Petr. 58 Apoc. 124...) Satanas est rex hujus civitatis (Math. 2541). Haec est potestas tenebrarum = ἄδης, „a qua nos eripuit Christus transfereus nos in regnum filii dilectionis suae.“ (Coloss. 1.13.) Potestas haec tenebrarum (= erroris et peccati) pugnant contra Deum ejusque „regnum“ veritatis et sanctitatis a principio (Gen. III. 15. coll. Jo. VIII. 44., Eph. VI. 11. 1. Petr. V. 8 Apoc. 12., Luc. 22. 53.), ubi exhibentur „mimicitiae inter Satanam „patrem mendacii“, homicidam ab initio et Christum, qui est „veritas, via et vita“ Exe Genes. III. 15. col.

Apoc. 12. g. seq. apparet bellum esse continuum inter
bina castra „ seminis satanae ” et seminis mulieris („ ha-
isah ” Gen. 3., haalimah Is. 7); hoc victoriam finalem
consequentur „ propter sanguinem agni ” (Apoc. 12).

Breviter dici potest In pugna continua inter verita-
tem et errorem, inter bonum et malum morale, quae sunt
ultima rationes veri progressus vel regressus culturae hu-
manae, tendentis ad similitudinem et unionem cum
Deo, — providit Deus per filium suum Jesum Christum ut
„ filii Dei ” habeant in ecclesia Christi, auctoritatem verita-
tis et sanctitatis assequendae, contra quam non prae-
valebunt „ portae inferi ” i. e. potestas errori et peccati.
Haec institutio divina supernaturalis est ultima ratio
conservandae ecclesiae in continuis impugnantibus ini-
micorum Dei ejusque regni. Simul deditur ratio, cur ec-
clesia catholica, huic principio de primatu Petri inni-
ta, plus caeteris impugnetur. — Ecclesia, societas visibilis
proxime innititur, Petro uti „ petrae ”, seu regitur suprema
ejus auctoritate jurisdictionis; remote utique fundamen-
tum, praeter quod nemo potest ponere aliud, est Christus
ipse. —

c.) Supremam esse hanc potestatem patet esse metapho-
ra „ petrae ”, quae est fundamentum aedificii, ita e-

nim se habet Petrus ad totam ecclesiam (eccl. meam), sicut fundamentum se habet ad aedificium.

3.) Praeterea idem ulterius explicatur metaphora clavium "jam dictis [see pag. 157 sequen. : Et tibi dabo claves regni coelorum." c.) Quoad sensum esse dictis l. c. aequivalet haec dictio huius alteri: Et tibi dabo supremam potestatem circa ea, quae spectant ad regnum coelorum in his terris, ubi unice habetur jurisdictio regendorum hominum in finem. b.) Coelensio hujus potestatis intra limites hujus finis salutis aeternae, promittitur potestas jurisditionis universalis verbis ulterioribus: "Quaecumque ligaveris in terris ligata sunt et in coelis; et quodcumque solveris in terris, soluta sunt et in coelis" - Verba "ligare et solvere" significare actus potestatis jurisditionis i. e. obligationem imponere et tollere, jam probavimus (p. 156-7.)

c.) Immediatus nexus "in terris et in coelis" - significat obligationem imponi a Petro in conscientia coram Deo valitura, nulla interveniente potestate jure prohibente vel "placetum" dante." (Confer "placetum regium" in iure eccl.) -

Scholion 1. Potestas clavium significat potestatem supremam jurisditionis. Quapropter non valet

objectio contra Petri primatum petita ex Math. 18, 18, uti etiam omnibus apostolis dicit Christus „quaecumque ligaveritis.“... Etenim traditur eis potestas ligandi et solvendi - sed neque „claves“ eis traduntur neque „petra“ esse dicuntur. „Claves et petra“ in persona Petri radicem ipsam seu plenitudinem potestatis independentem ab apostolis, seu supremam significant; ligandi potestas et solvendi ceterorum apostolorum saltem actu primo seu in potentia est dependens a potestate primatus Petri... Sicimus „in actu primo“ quia in exercitio reali (s. actu secundo) apostoli omnes propter 1) immediatam missionem a Christo ad omnes gentes et 2) propter extraordinarium donum infallibilitatis in eis, utpote primis promulgatoribus, - non indigent actuali influxu Petri, uti principii objectivi firmitatis

2.) Alio quoque sensu Eph. 2, 20. apostoli dicuntur fundamentum ecclesiae sc. ratione doctrinae promulgatae.

Tum dicuntur christiani „superaedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Jesu“ - coordinantur apostoli cum prophetis et ubique subordinantur Christo. In his est sermo de promulgatione successiva revelationis Veteris et Novi Testamenti, quae apostolorum promulgatione, uti „depositum

fidei³ conclusa est, nullaque neque oeconomia tertia neque reale augmentum revelationis novae est expectandum.

3. Neque tandem ex negatione Petri (Math. 26. 70. e. p.) difficultas peti potest contra primatum a) promissum absolute propter bonum commune omnium fidelium et post resurrectionem Christi (Jo. 21. 15-17) collatum. b) immo neque munus primatus et ex eo consequens infallibilitas in rebus fidei et morum significat personalem impeccantiam illius, qui munus hoc gerit, uti postea explicabitur.

4. Fides Petri erat quidem qualitas apta et a Christo requisita, ut supra Petrum, fidem in Christum - Iesum profitentem, fundet ecclesiam, sicut sapiens architecta petram solidam facit fundamentum. Attamen in quaestione juris publici primario quaeritur de persona, quae est subjectum juris et deinde de qualitatibus, quae requiruntur, sed per se etiam deesse possunt in petribus. Petres, non solum exegesis logico-grammaticam sed etiam applicati-ones morales in homiliis ad populum exhibentes, facile supponentes illam expressis verbis urgere possunt aliquando urgent et exemplar immitandum statuunt. „fidem Petri“ in divinitatem Iesu Christi

Ex eodem principio solvitur dictum Augustini in Ps. 108.
„Petrum gessisse personam ecclesiae.“

Rp: Distinguendum est subjectum inhaerentis juris „quod“ — a subjecto utilitatis „cui“ — potestas prodesse debet. Illud est Petrus, hoc est tota ecclesia. Minime vero populus fidelis est subjectum quod accepit a Christo potestatem clavium, quam delegaret (populus) Petro ejusque successoribus. Theoria omnem juris distinctionem residere radicaliter penes populum et ab eo communicari uni vel pluribus, qui auctoritatem socialem repraesentant, quidquid de naturali societate civili philosophi tradunt, ad supernaturalem societatem ecclesiae transferri non potest, sine manifesta laesione voluntatis Christi, qui ecclesiam constituit et instituit. Quare haec institutio et constitutio methodo historico-critica est inquirenda, minime vero a priori ad analogiam societatis civilis statuenda. Ita fecerunt saec. XIV. Marsilius Tatarinus in gratiam regis Ludovici Bavari contra pontificem Joannem XXII.; et saec. XVII. haereticarum in gratiam principum, haeresi faventium. — Hunc errorem cepit a 1644. Edmundus Richer, edito libello „de ecclesiastica et politica potestate“ et post illos Van Espen Febronius (episc. Nicolaus Hontheim), synodus Sistoriensis Gallicani omnes et Josephinistae neque saepius damnarunt summi

pontifices. (Confer dicenda de hierarchia ecclesia-
stica)

B. Consensum Latrum in data a nobis exegesi tex-
tus Math. 16. 18 seq. logico gramatica, recensent Bellar-
minus (de Rom. Pont.), Petavius (de ecclesia hierar-
chia), Passaglia (de prerogativis beati Petri) e.g.

Tertulianus (de praes.) : Latuit aliquid Petrum, ae-
dificandae ecclesiae petram dictum, claves regni coe-
lorum assecutum et solvendi et alligandi in caelis et
in terris potestatem? Cyprianus ep. 71) : „ Petrus, quem
primum Dominus elegit et super quem aedificavit
ecclesiam suam. Ideo ecclesia a s. Cypriano passim
„radix et matrix unitatis ecclesiasticae“ exhibetur.

Albionus (in Is. 40. n. 30.) infert : „ Ubi Petrus ibi ecclesia“.

Origenes (hom. 5.) : „ Vide magno illi ecclesiae funda-
mento et petrae solidissimae, super quem Christus fun-
davit ecclesiam...“

Innanis est itaque assertio Harnack (Dogmen. Ge-
schicht. 1. 69.) : „ Die Herrenworte Math. 16. 18. und 18. 7.
gehören dem 2. Jahrh. an.“ —

Primatus beato Paulo collatus est verbis Christi penes Joannem 21. 15-17.

Textus est: „Cum ergo praedissent, dixit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Joannis diligis me? At illi: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Joannis, amas me? Et dixit ei: Domine, tu omnia nosti; tu scis, quia amo te. Dixit ei: Pasce oves meas.

Quaeritur 1^o de subiecto, quod alloquitur Christus et cui dicat: „Pasce oves meas.“ Ex verbis ipsis textus: „Simon Joannis, diligis me?“ id patet. Simon Petrus distinguitur a ceteris per verba: „diligis me plus quam hi?“ apostoli praesentes. Sequens contextus „Amen, amen dico tibi: Cum esses junior ...“ praedicat soli Petro futuram mortem.

Quaeritur 2^o, quid significant verba Christi: „Pasce agnos meos, pasce oves meas“? Respondemus: Primatum jurisdictionis apud Math. 16. 18. promissum hinc verbis Christus Petro confert. —

A. Exegesis grammatico-logica.

Locutio est metaphorica, audientibus notissima. Christus semetipsum saepe exhibet „bonum pastorem“ (Jo. 10. 14 seqq), qui dat vitam pro ovibus suis "i. e. fide sibi adhaerentibus hominibus.

Discrimen terminorum $\lambda\omicron\upsilon\iota\acute{\alpha}$, $\pi\omicron\upsilon\beta\acute{\alpha}\tau\alpha$ (aliqui etiam $\pi\omicron\upsilon\beta\acute{\alpha}\tau\iota\alpha$) non est essenziale, et si urgetur, non sine ratione explicatur dicendo, in ovili Christi (ecclesia) esse aliquam inaequalitatem, quatenus ibi inferiores et superiores sunt; - omnes vero, solum ovile, totusque grex „ovium“ traditur a Christo pasceendus Petro. - Cum sic „dilexit Deus mundum, ut filium suum daret“ pro eo pastorem, qui sanguinem suum dedit pro ovibus sibi creditis, exigit Christus, pastorem eorum vicarium instituit, dilectionem eorum.

„Pascere“ ($\beta\acute{o}\sigma\kappa\eta\nu$, $\pi\upsilon\lambda\acute{\alpha}\iota\sigma\tau\epsilon\iota\nu$) in textu synonyma sunt et significant munus pastorale. Translata metaphora juxta usum loquendi sacrum et profanum, significatur idem ac „regere homines“ s. potestatem jurisdictionis in eos habere.

Ita 2. Reg. 5. 2. reges populi pascere eum dicuntur. Apud Is. 44. 28 Cyrus dicitur a Deo $\pi\omicron\upsilon\beta\acute{\alpha}\tau\iota$, pastor; item Mal. 2. 6; Jo. 10. 26. etc. Apud Homerum reges dicuntur „ $\pi\omicron\upsilon\mu\acute{\epsilon}\nu\epsilon\varsigma$ $\lambda\omicron\upsilon\iota\acute{\omega}\nu$ “. Porro, cum Christus, supre-

mus „pastor, quem oves propriae audiunt.“ (Jo. 10:26)
 h. l. iubeat Petrum sine ulla limitatione „pascere
 oves suas,“ intelligi debet omnis functio pascendi
 et regendi oves Christi i. e. omnes credentes, nemine
 neque apostolis exceptis“ (Conferre Schol.).

Ergo collato Math. 16. 18. seq. dicendum est: Prima-
 tum jurisdictionis (s. potestatem legiferam, judiciari-
 am et coactivam), quem Christus ante passionem su-
 am Petro absolute promiserat, actu conlulit post re-
 surrectionem iuxta Jo. 21. 15 seq. Terminus „ecclesiam
 meam“ (Math. 16. 17.) est aequivalens terminis „ἐκκλησία
 μου, τὰ κτήνη μου = ἡ ἐκκλησία μου.“

Confirmatur exegesis supra data verbis Christi
 Luc. 22. 31. „Simon, Simon, ecce satanas expulit
 (ἐξήγησά σο, ab ἐφέριεω = ad proenam despicere) vos,
 ut exbrovel (τὸν συνιδεῖαι a. συν- ἡμι) = τὰ ἁρματα,
 xmasli, občasli, melaf. xvikladi v přesvědčení, sicut
 triticum; ego autem rogavi pro te, ut non defici-
 at fides tua; et tu conversus confirma fratres tuos“
 Collato hoc textu cum Math. 16. 18. apparet paralle-
 lismus realis in eo, quod contra impetus satanae
 seducendis homines errore et peccato a Christo pro-

detur tutela constituto Petro „petra“ et confirmante“ omnes in periculo ruinae spiritualis versantes. — Textus apud Matthaeum universalior est (quodcumque special ad salutem aeternam); apud Lucam partialis est, respiciens fidem („ut non deficiat, ita μη ἐκλείψῃ πύλις σου“). Sed de accuratatione h. l. expositione inferius

B. Exegesis autoritate Patrum.

Consensum Patrum in expositione huius sensus v. 21. 15. seq. testantur omnes unanimiter E. g.: Leo M. (p. 4) „De toto mundo unus Petrus eligitur, qui et universarum gentium vocationi et omnibus apostolis cunctisque ecclesiae pastoribus praepositatur, ut, quamvis in populo Dei nulli sacerdotes sint multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit et Christus.“ Ambrosius: Petrus quia solus profidelur ex omnibus, omnibus praefertur... Denique tertio Dominus... iam non agnos (ἀγνῶτα) ut primo, quodam lacte pascendos, nec oviculas (προβάτια) ut secundo, sed oves (προβάτα) pascere iubetur perfectiores, ut perfectior gubernaret.“ —

Scholion. Omnia praecedentibus thesibus de primatu dicta authentice docet Conc. Vatican. (Const. de Ecclesia Christi c. 1.) quod concluditur: „Si quis igitur dixerit, beatum Petrum Apostolum non esse a Christo Domino constitutum Apostolorum omnium principem et totius Ecclesiae militantis visibile caput, vel eundem honoris tantum, non autem verae propriaeque jurisdictionis primatum ab eodem Domino nostro Jesu Christo directe et immediate accepisse, Anathema sit!“

Thesis XX.

Christus conferens collegio apostolorum sub Petri primatu duplicem potestatem docendi, sanctificandi et regendi homines in via salutis aeternae, instituit societatem religiosam, quam appellavit „ecclesiam suam“!

Arg. 1. (ex conceptu societatis). Notio societatis quatuor exhibet elementa essentialia 1.) materiale (homines), 2.) formale, unionem per auctoritatem, 3.) finem, 4.) medios. Aequi in praecedentibus thesibus (XV. - XIX.) omnia haec a Christo instituta

esse probavimus. Ergo thesis praesens corollarii in-
stat ex praecedentibus consequitur.

Declaranda est propositio minor. Ad 1. Elementum
materiale, et quidem materia remota sunt omnes
homines („omnes gentes“ Math. 28; „omnis creatura
- rationalis - Marc. 16.), materia proxima, quicum-
que praedicationem evangelii audiunt. Qui gratiae
praevernienti cooperantur, intellectu et volunta-
te et triplici vinculo unionis moralis - magiste-
rii, sacerdotii et regimini auctoritatis - subji-
ciuntur, sunt formaliter membra societatis huius
religiosae seu ecclesiae, eaque a) perfecta - secun-
dum corpus et animam - si praeter veritatem
(credenda) etiam sanctitatem (vivendo ex fide,
spe et charitate) consequuntur. (Confer dicenda
„de membris ecclesiae“ inferius).

Ad 2. Potestas et auctoritas apostolorum, sub
Petri primatu, uti triplex vinculum sociale
magisterii, regiminis et sacerdotii, sive po-
testas ordinis et iurisdictionis singillatim proba-
ta est dictis thesibus. Auctoritas ex parte Apostolo-

rum et obligatio obediendi ex parte hominum, ubi principium formale catholicum declaratum est. Attenta degeneratione generis humani, per inobedientiam unius hominis "in superbia elati (Adami; Rom. 5.12) - inchoatur regeneratio per obedientiam Christi (secundi Adami) usque ad mortem et fit principium regenerationis totius generis humani, per obedientiam fidei "in humilitate, rationalis obsequii" intellectus. -

De potestate magisterii in hoc tractatu ulterius agitatur; de potestate regiminis in iure ecclesiastico; de potestate ordinis in tractatu dogmatico - pastorali de sacramentis.

Ad 3. Finis huius societatis (ecclesiae) est 1.) proximus, sanctificatio hominum (Jo 17.17 seq.). Sanctifica eos (apostolos) in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, et ego eos misi in mundum; et pro eis ego sanctifico meipsum ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum sed et pro eis, qui credituri

sunt per verbum eorum in me ut omnes unum sint sicut
 tu pater in me et ego in te, et et ipsi in nobis unum sint."
 Conf. Eph. 4. 11. "Et ipse (Christus) dedit quosdam quidem
 apostolos ... prophetas ... evangelistas ... pastores et
 doctores ad consummationem sanctorum"... et 5. 25 :
 "Christus semetipsum tradidit pro ea (ecclesia), ut illam
sanctificaret mundas lavacro aquae in verbo vitae." -

2. Finis vero ultimus ecclesiae, regni huius spirita-
 lis aequae ac universi regni cosmici est - gloria Dei
 per cultum debitum. Jo. 17. 4 : "Ego te clarificavi super
 terram; opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faci-
 am. Tui exant et mihi eos dedisti et sermonem tu-
 um pervenerunt."

Finis iste a) cum sit supernaturalis (adoptio fili-
 orum Dei per regenerationem spiritualem, haeredi-
 tas regni coelorum visione beatifica participans vi-
 tam divinam); et b) cum essentia socialis, de-
 terminatur a fine ejusdem - sequitur ecclesiam
 esse societatem supernaturalem.

Porro cum ordo supernaturalis ordinem na-
 turalium essentialiter excedat, sicut aeterna exee -

diunt temporalia, dicenda est ecclesia relate ad societates civiles simpliciter altior, specie distincta, ideoque non coordinata et nullo minus subordinata. Jo. 18. 36: „Regnum meum non est de hoc mundo.“. ideoque etiam appellatur „domus Dei“, „regnum coelorum“.

Hic finis a) natura sua independens est a fine prosperitatis temporalis ideoque a potestate civili, quae disponit de hoc ultimo et ex ejus natura potestatis suae extensionem habet; jura enim societatis naturalis a fine ejus pendet. — b) Christus ipse independenter a qualibet potestate civili, verbis: „data est mihi omnis potestas in coelo et in terra;“ sicut me misit pater ita ego nullo vos“ apostolis potestatem duplicem dedit eosque misit. —

Ergo societas ecclesiae est societas perfecta. Habet enim tum a) natura sua, tum b) positiva Christi institutione omnia necessaria in se ad consequendum plene et perfecte finem supernaturalem, non indigens potestate alia sui que limitationem excludens. — Secus enim creator bene providisset societati civili, in suo fine prosequendo independenti et

abundantibus mediis praeditae, societati vero supernaturali male, quod absurdum est. -

Licet autem ecclesia et respublica discernantur et in suo quaeque ordine independentes sunt, tamen non sunt ab invicem secessionidae (joseu roadil're, ale mi-kolis rogdelené, vospfindan, nist gaffindan).

Item a) iidem homines membra ecclesiae et cives rei publicae sunt; b) exigunt jusque habent, ut sic promoveantur quoad temporalia, "ne amittant aeterna" c) natura rei exiget, ut vera et perfecta cultura humana omnia elementa essentialia comprehendat progressusque continuo evolvat; atqui religio (in ordine historico revelata eaque catholica) est reliquorum anima. Hinc relationem iurium utriusque societatis ex notione iuris, quod est protestatio moralis ad id, quod est inaequum, sic breviter statuere licet. Utraque societas, in suo ordine, cum sit sui iuris, ea quae sunt necessaria ad finem suum consequendum, prolest exigere ubi ius suum; quae necessaria non sunt, sed pertinent ad ordinem alterius societatis, ea per 2^o ordinare et determinare

Quae necessari-
o non sunt, ~~est~~
quae non prodest;
quae...

non potest, sed ius habet exigendi ut ea societas ad quam res essentialiter spectat, id ordinet et exsequatur. - Hoc e.g. respublica non potest ipsa ordinare educationem religionis populi, quae essentialiter spectat ad ecclesiam, sed exigere potest, ut ecclesia, quae ad hunc finem necessaria sunt, ordinet ipsa. - Vice versa: ecclesia, quae extemporalibus rebus ad finem aeternum necessaria exigere a republica potest ut ipsa ordinet e.g. ne vis inferatur missionariis a barbaris. Ex hoc principio quoque sequitur ecclesiam habere ius ad templa aedificanda, bona temporalia possidenda etc., de quibus conferatur ius canonicum. Tandem, licet finis immediatus et proximus ecclesiae sit spiritualis, nihilominus maxime promovet finem materialis prosperitatis, sicut iudicavimus p. 120 seq. Harmonica cooperatio ecclesiae et respublicae postulat a rerum natura. Haereses et schismata inter christianos in eadem republica degentes, et in ulteriore consequentia, falsa philosophiae rationalismi et atheismi principia, earum status inter confessionales et atheos, ex quo radix malorum aetatis nostrae est orta. De tolerantia vera et falsa confer inferius. - Confer Justiniani Novel- lam VI.).

Ad 4. „Media“ - determinantur in quolibet societate

a fine; debent enim esse eidem proportionata. In ecclesia respondent elementis finis supernaturalis:

a) gratiae Dei et b) cooperationi hominis. Hinc instituta potestas docendi - quoad media doctrinae et principiorum morum (dogmata et decalogus); potestas sacerdotii quoad media gratiae sacramentalis cum sacrificio et orationis; potestas regiminis quoad liberam cooperationem hominis obligatorie dirigendam.

Quibus expositis patet conclusio: Christus induens sub primatu Petri triplicem potestatem Apostolorum docendi, sanctificandi et regendi homines ad salutem - auctor est societatis religiosae. Appellasse eam „ecclesiam“ nec non de aliis appellationibus, discimus iam in praemissionibus huius sectionis frag. 143.

Arg. 2. (Ex appellatione regni Dei, regni caelorum).

Sum in prophetis V. Testamenti tum in l. l. N. T. exhibetur Messias promissus uti rex regni messianici, cuius theocraticum regnum populi Israel (imprimis reges Salomon et David) erant typi. Atqui regnum, prout in hisce prodibus exhibetur, est societas visibilis hominum in terra, ita ut in textibus sacris simpliciter substitui possit nomen „ecclesia“ pro „regno Dei.“ Ergo Christus conferens triplicem dictam

potestatem sub Petri primatu, instituit societatem religiosam, uti formam historicam, qua in concreto propagatur et conservatur revelatio christiana.

Ad prop. Majorem. a) Prophetiae h. l. allegandae sunt: Danielis (2. 44.) de aeterno regno Messianico et rege novo, cuius potestati omnes subiciendae gentes. (7. 13. 14.); - Jacobi (Gen. 49. 10. seq.) pag. 79-80.

. Absolutae promissiones Salomoni et David factae de throno aeterno e. g. Ps. 2, Ps. 109, Ps. 44. et 71.) pag. 82-83.

In N. T. nectitur realiter cum praecedentibus annuntiatio natiuitatis Iesu Christi, Luc. 1. 31, 32, filii israelitae expectant „regnum Dei“ (Marc. 11. 10), Iesu Christi publica praedicatio incipit cum promulgatione: „Poenitentiam agite, appropinquabit regnum Dei“; evangelium Matthaei jure ab exegetis dicitur „evang. regni Dei“ (Math. 3. 2) in eoque praecipua de eius constitutione (Math. 16.) continentur et pragmatica narratio translationis V. T. in ecclesiam Christi. (Math. 21. 43 et per solum evangelium). - Luc. 16. 16 - Jo 12. 13. Coram Pilato testatur Christus, „Res non ego“; confer dicta prius pag. 142, 143.

Regnum hoc „veritatis et sanctitatis“ habet finem constituendi, regnum Dei intra nos Luc. 17. 21.

quod terminatur visione beatifica „regni coelorum“;
 „multi ab oriente et occidente veniunt et recumbent
 cum Abraham, Isaac et Jacob in regno coelorum; fi-
 lii autem regni eicientur in tenebras exteriores“. -

Propositio minor patet ex eo, quod loco allegata
 ubi sermo est de „regno Dei“ omnia elementa essentia-
 lia societatis religiosae exhibent: omnes gentes uni-
endas auctoritate regis prophetae et sacerdotis Mes-
 sianici ad finem aeternae salutis per media rege-
 nerationis et sanctificationis consequendum. -

Scholion: Lutherus (op. „Vom Papsttum“) scribit:
 „Die Gemeinde oder Sammlung (ecclesia) heisset
 aller dixer, die im rechten Glauben, Hoffnung
 und Liebe leben; also das der Christenheit Wesen,
 Leben und Natur nicht sei eine leibliche Versam-
 lung, sondern eine Versammlung der Herzen
 in einem Glauben.“ -

Hanc doctrinam negantem ecclesiam Christi
 esse societatem organizatam visibilem divinilus
 praepositorum et subditorum credentium, excor-
 luit rationalistica theologia protestantium -

H. Ritschl (die Entstehung der kathol. Kirche, Bonn 1850; F. Hösllin (Realenzyklopädie für protest. Theolog. - 7.885.) Imprimis vero Hornack (Lehrb. d. Dogmengesch. 1.39): - Genesisino ecclesiae explicabita:
 1. Anfangs waren die Christus gläubigen die ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, das „wahre Israel“ - während die ungläubigen Juden „Synagoge des Satans“ ist; es war eine Gemeinschaft de Gemüthern --- 2) „ein religiöses Gemeinwesen“ (societas relig.) entstand im Verlaufe von 200 Jahren um die Mitte des 3. Jahrh. also: a) aus der griechischen Philosophie hat die Kirche ihre dogmatischen Formeln aus dem römischen Staat ihre gesellschaftliche Organisation; b) an die Stelle der religiösen Begeisterung hat die Ausbeutung des (unterdessen entstandenen) Offenbarungskodes (N. T.) so, daß die Vorstellung von Messias durch die Vorstellung von dem göttlich. Lehrer u. dem im Fleische erschienenen Gott ersetzt wurde. c) dann bildet sich der Glaube von den Sakramenten u. ihren Ausspendern (ordo)

von der Notwendigkeit des Glaubens („Symbolum A. post.“), einer sichtbaren irdischen Gemeinschaft (Kirche) als des „Volkes des N. B.“; damit war das Wesen des Katholizismus gegeben.

Haec vero sunt constructiones aprioristicae, quibus contradicunt historici fontes N. T. et litteratura 2. et 3. saeculi. Textus a nobis allegati Math. 16. 18, 18. 17. 28. 19, quae fundamentales articulos constitutionis ecclesiae continent - methodo historico-critica „sublimiore“ negantur esse „verba Domini“, Math. 28. 19. : „Cum hoc docebo ... ist kein Hexenwort“; Math. 16. 18, 18. 17. gehören erst dem 2. Jahrh. an! - Adhibetur Lutheri norma : „Sic volo, sic iubeo, stat pro ratione voluntas.“ -

Nota: Objectiones protestantium, qui putant potestatem ordinis et iurisdictionis a Christo commissam esse multitudini fidelium, solventur in sequentibus de hierarchia ecclesiastica.“ -

Thesis XXI.Indefectibilitas Ecclesiae.

Christus Ecclesiam a se institutam perennem esse voluit. -

Arg. 1. Ex Sac. Vet. et N. Testamenti huc referendae sunt omnes prophetae et typi, qui regnum Messiae, aeternum, usque ad consummationem saeculi "duraturum" exhibent e. g. Dan. 2. 44. coll. Is. 9. 7., Os. 2. 19. - Luc. 1. 32. coll. Math. 16. 18. 28. 20. - ubi "portae inferi" semper inimicae Deo, non praevalebitur dicuntur contra ecclesiam, "petram et columnam veritatis", quoniam cum apostolis "docentibus" (Math. 28. 20) Christus erit, usque ad consummationem saeculi, "apostoli morientur, apostolatus nunquam moritur", donec occurramus omnes in mensuram aetatis plenitudinis Christi" (Eph. 4. 11.), semper erunt, doctores, pastores ad aedificationem corporis Christi" i. e. semper erit murus docendi, regendi et sanctificandi homines a Christo institutum. Haec autem est societas ecc. visibilis, non tantum dona fidei, spei et charitatis interna.

Arg. 2. Ex parabolis a) zizaniorum et bitici, crescentium simul usque ad diem messis" (Math. 13. 24), quibus exhibentur membra ecclesiae bona et mala, separanda in iudicio mundi, b) metaphora "corporis Christi" (Eph. 1. 4. 5.) nec non "sponsae Christi" (Eph. 5. 29.), quibus exhibetur indefectibilis coniunctio Christi capitae cum ecclesia.

Arg. 3. Ex generali doctrina passim in Scriptura N. T. imprimis epp. ad Rom. - gal. - Hebr. tradita, qua exhibetur V. T. "praedagogus" ad Christum in N. T., tantam ultimam stadium fidei, verae remissionis peccatorum et sanctificationis internae, quam excipiet terminus visionis beatificae. Ergo in salutaria non est expectanda neque nova aliqua oeconomia neque obiectiva nova revelatio seu religio perfectior.

Arg. 4. Habetur in sequentibus, quibus a) primatus et infallibile magisterium ecclesiae, b) ordo sacerdotii N. T. (hierarchiae) - in successione perpetua perdurare ostenduntur usque ad finem mundi.

Articulus II: De constitutione ecclesiae.

Thesis XVII.

De Primatu Romani Pontificis.

1.) „Ex ipsius Christi institutione est seu jure divino, ut beatus Petrus in primatu super universam ecclesiam habeat perpetuos successores; 2.) Romanus pontifex (episcopus) est beati Petri in eodem primatu successor.“

Præcediones. Thesis exhibetur verbis concilii Vaticanani sess. IV. c. 2. Veritas primæ propositionis patet a) ex ipsis verbis promissionis et collationis primatus, qui exhibetur uti fundamentum ad aedificium, officium pastoris ad gregem. Atqui „aedificium“ et „gregem“ seu ecclesia et fideles Christi semper erunt. Ergo perennis est etiam primatus; b) huius sensui Math. 16. et Joannis 21. immititur doctrina Cypriani („de unitate ecclesiae“): „Supra Petrum aedificavit Dominus ecclesiam suam (ep. 71.), supra Petrum „fundamenta ecclesiae collocata sunt.“ „Una ecclesia super Petrum

a Christo Domino origine unitatis et ratione fundata (origo et ratio = původ a podstata, čili iustava; hoc enim sensu dicitur: „ratio regendae rei publicae”, Cic. de orat. 1.46.) = raison d'être. (Verfassung.)

Primatus itaque est fundamentum, non complementum ecclesiae (základ, nikoliv jen závěreční kámen historicko-politické evoluce.) Praeponderantem hunc finem primatus Petri expressit Cyprianus (ep. 46.) docens: „est radix et matrix unitatis”. Primatus perpetuitas est ergo de iure divino.

Veritas propositionis secundae: Episcopus Romanus est successor Petri in primatu, — quoad factum probatur testimoniis historicis et quoad ius, utrum nimirum voluntate directa Christi primatusnectatur episcopatus Romano inseparabiliter aut proximè voluntate Petri, remote, disponente Domino. (Lat. conc. IV.) per „praeforationem evangelicam” responde-
mus cum Card. Franzelin (de eccl. p. 202.): „id dogma definitum de fide haecenus saltem non esse; esse tamen veritatem theologiam, quae ex modo, quo

ipsum dogma de primatu Romanorum pontificum seu Romanae ecclesiae in documentis ecclesiasticis enuntiatum est, legitime deducitur. "Modus, quo dogma proponitur, est, quod primatus Petri et episcopatus Romanus ut inseparabiliter nexa considerentur, sola ratione (non re) distincta. —

Per se potuisset iste nexus oriri positiva manifestatione vel promulgatione Petri, ~~et episcopatus~~ etiamsi ipse Romae non fuisset et episcopatum ibidem non gessisset. Attamen modus magis connaturalis est is, qui historica traditione exhibetur, scilicet. Petrum Romae fuisse, episcopatum fundasse et gessisse ibique martyrium sibiisse. — Cui ei succedunt in episcopatu Romano, semper et ubique ab omnibus habebantur defacto simul successores in primatu, uti in sequentibus probatur; et quoniam inseparabiliter haec duo conjuncta exhibentur, deducitur, esse de jure Divino conjuncta. Diserta testimonia positivae Dei voluntatis, statuentis hoc ius, non habemus, sed facta, tempore usque ad aeternum apostolicum pertingentia, in Oriente aequae ac

in Oriens exhibita, — sunt ipsis verbis eloquentiora. —
 Si ratio huius consensus esset aliqua institutio mere
ecclesiastica, vel evolutio historico-politica, non pos-
 set exhiberi iste nexus inter episcopatum Roma-
 num et primatum inseparabilis etiam auctoritate
 concilii oecumenici et Pontificis. —

Jam ad testimonia de singulis proferenda ac-
 cedamus: Petrum Romae fuisse, ibique sedem
suam episcopalem collocasse et mortuum esse.

Ipsi historici protestantes doctiores testantur e. g.
Hundhausen (s. 20), Rothe (s. 354), Neander (H. G. I. 317):

„Es ist Hypothetik, die durch die übereinstimmenden
 Nachrichten des christlichen Alterthums bewährte Über-
 lieferung, daß Petrus zu Rom gewesen, in Zweifel
 zu ziehen.“ Similiter Querike T. s. 59. de martyrio
 Petri Romae, iam saec. II. communiter tradito. —

(Probabilissime a. 67. p. Chr.) — Confer Hergenrother,
 H. G. III. 39. — Adversarios: post protestantes saec. 16. — 17.,
 rationalistae scholae Tubingensis (Baur, Schwegler,
 Zeller, Strauss) — et methodo magis scientifica Rich. All.

Lipsius (Chronologie der röm. Päpste).

Testimonia traditionis praecipua sunt:

- 1.) Clemens Rom. (ca. 95-97) qui Corinthiis Petrum et Paulum uti proxima exempla patientiae saeculi sui (εἰς περ εἰς ἡμῶν) proponit.
- 2.) Ignotius M. (+107) ep. ad Rom.: „Nors ut Petrus et Paulus vobis praecipio“; (ergo supponit eos Romanis praefuisse. 3.) Caji presbyteri (c. fin. saec. II. et Dionysii, Corinth. ep. - (c. 170) teste Eus. H. E. l. 4. Ἄλλε τὰ τοῦτῶν τῶν ἀποστόλων (sepulchra) se posse Romae ostendere testatur, ad Vaticanum (Petri) et ad Ostiensem (Pauli) (Confer Krauss Roma. subterranea; J. Schmid, Petrus in Rom.)

Dionysius: „Petrus et Paulus simul (ὁμοῦς) in Italiam profecti ambo martyrium eodem tempore pertulerunt“ 4.) Irenaeus (adv. haer. l. 3.) ut ostendat, quomodo in ecclesia Romana fides ab apostolis usque nunc sit conservata et tradita — enumerat catalogum episcoporum Romanorum usque ad sua tempora: fundantes (ecclesiam Rom.) beati apostoli

(Petrus et Paulus), Linus, — (Ana) cletus, Clemens, Evaristus, Alexander, Sixtus, Telesphorus, Hyginus, Pius, Anicetus, Soter et, 12^o loco Eleutherius."

Talium catalogorum pontificum Romanorum partis magnus existat numerus in ecclesiis occidentali^{-bus} et orientali^{-bus}; omnes veterissima traditione innixi et ad prima saecula ascendentes, seriem a Petro incipiunt (aliqui Paulum addentes.)

Eusebius (H. E.) fragmenta scriptorum, quae perierunt, servavit. Etiam Epitanius (haer. l. 27) Cyprianus (ep. 55.) idem referunt. Quoad primos Petri successores non est constans traditio; omnes tamen Clementem agnoscunt fuisse Romanum Episcopum.

5) Tertulianus contra haereticos ad doctrinam apostolicarum ecclesiarum, — imprimis Romanae, provocat, cui, evangelium Petrus et Paulus sanguine suo signatum reliquerunt."

6) Hippolytus (discipulus Irenaei c. 235.) Petrum Romae contra Simonem magum pugnassee refert. Hanc pugnam Romae apocrypha („Acta

Petri et Pauli"), labulose exornant. — Adversarii, negligentes tot testimonia constantis traditionis sac. I. II. et III. in scriptis genuinis, conantur probare, sola apocrypha esse fontem ejusdem. Per incerta interpretantur, et detorquent certa. Testimonium contrarium, fide dignum, ne unum quidem adferunt. Igitur jure merito hanc methodum Alexander l. c., hypercriticam appellavit.

Nota: Judicia officinae apostolicae praedicationis Petri Romae — petita ex evangelio Marci et ep. I. Petri 5:13. — videlicet in Introductione N. T.

II. Hisce praemissis en facta, quibus primatus jurisdictionis Romanorum pontificum constat:

1. Consultationes ex universo orbe catholico — Romam missae: Ita Hieronymus refert (ep. 125), cum in chartis ecclesiasticis juvarem Damasum et synodicas consultationibus Orientis Occidentisque responderem ... (a. 382-4); ad episcopos Aegypti scribit Celestinus (c. 415) ep. 3: „cunctis ecclesiis ad nos veniant semper negotia“ ... Synodus Sardicensis

(a. 343-4) ad Julium scribit, optimum videri, si ad caput i. e. ad Petri apostoli sedem de singulis provinciis referant. sacerdotes." — Ex frequentia et constantia consultationum episcoporum et synodorum patet, et saepe discrete dicitur, in munere, petras et non personalis scientias eas accidisse.

2.) Non solum consilia petebantur sed jurisdictionis exercitium ad gravia negotia, ecclesiastica componenda. Ita e.g. Martyres Ludgerenses (a. 177) teste Eusebio (H. E. 5.3), pro pace ecclesiarum Asiae min. apud Eleutherium legatione functi sunt; s. Polycarpus, ep. Smyrnaensis sub Cnriceto e remoto Oriente venit Romam ad quaestionem de celebrando Paschate componendam. Victor papa (192-202), scripsit epistolam ad Polycratem, ep. Ephesinum, iubens eum, convocare omnes Asiae episcopos eisque sub poena excommunicationis ritum Romanum celebrandum injungens. Nemo eius auctoritatem in dubium vocavit. — Etiam concilium Nelatense (a. 314) in eadem re a Silvestro papa norma. n. omnibus

dandam petit. — Testatur Basilius (c. 381.) dum ad Damasum scribit, ut tristi ecclesiarum Orientis statusi consulat. — Juvenalis, hierosolym. episcopus, principatum in synodo Palaestinensi Romae ambic dum Cyrillus Alex. (c. 431) sollicite petit, ne praebatur ei assensio.

3.) Supremae jurisdictionis exercitium et in summe ex appellationibus episcoporum Orientis et Occidentis manifestatur. Athanasius (teste Hieron. ep. 127.) Romam, „ tutissimum portum “ confugit; Crysostomus recurrit ad Innocentium I.; Theodoretus ep. Cyrensis et Flavianus ep. Constant. in conc. Ephesino, tum in propria causa tum ecclesiae universae, contra Dioscorum ad Leonem recurrunt; — rationem reddit Flavianus, quia debemus servare venerationem b. Petro... et quia, secundum morem conciliorum... per libellos (Romam) appellatur.”

Gelasius I. ep. 10, „ juxta canones appellationes ab universa ecclesia Romam deferri... ipsam vero ad nullius commicare judicium”

ipse Sozomenus (H. E. l. 3.) refert, episcopos ab Arianis sedibus pulsos, recurrentes ad Julium, causa cognita suis ecclesiis fuisse restitutos, quoniam propter sedis dignitatem omnium cura ad ipsum (Julium) spectabat. — Formis iudicialibus romani pontifices episcopos et patriarchas, etiam Orientis, tamquam iudices supremi, iudices inferiores ad suum tribunal vocant. Theodorus (H. E. l. 3.) testatur; Julius ecclesiasticam sequens regulam et ipsos (Eusebianos) Romam venire iussit (ἐκέλευσε) et divino Athanasio ad iudicium diem dixit (eis τὴν δὴν ἐκέλευσε...)

Similiter Theophilus, ep. alex. in causa Chrysostomi citatur ab Innocentio I. (a. 404), Flavianus, ep. Const. iubetur a Leone I. in causa Eutychetis admittere Romam.

4.) Etiam in rebus fidei catholicae, romani pontifices summi habentur iudices authentici; de hac re agitur in thesi de (i)sa. infallibilitate Rom. Pontificis. — Hoc loco attendatur romanos ab arch. Geo.

pontifices sibi semper attribuisse, primatum, provocantes ad effata evangelica (Math. xv, 10. xv et aa.) et antecessorem facta. Hoc testimonium, quanti sit faciendum, ostendit eorum doctrina et vitae sanctitas, cum omnes ad a. 530. usque, Liberio excepto inter sanctos, plurimi inter martyres, ab Ecclesia recensentur.

a. Primum appellamus testem Clementem Roman., qui suā ad Corinthios epistola, vivente adhuc s. Joane, lites illorum corripiens scribit: „Sin quidam non obtemperaverint... cognoscant... periculo suoni parvo se implicaturos esse, nos autem innocentes erimus ab hoc peccato.“ —

b. Victorem papam (192 - 202) in causa celebrandi paschatis iam attulimus pag. 197.

c. Zephyrinus (202 - 219) Montanistarum rigorismum rejicit; Tertullianus eius auctoritatem, pacem ecclesiae Asiae et Phrygiae inferentem „agnoscit, romanorumque pontificem, pontificem maximum, episcopum episcoporum et „apostolicum“

appellat.

d. Stefanus (+257), saltem doctrinam de rebaptizandis haereticis, non obstante auctoritate Cypriani episcopi, - damnavit et Africanis et Asiaticis sub poena excommunicationis eam prohibet. (Euseb. H. E. 1. 7)

e. Siricius (a. 385) respondens Himmerio, Tarraconensi ep. dicit: "Portamus onera omnium. . . quin immo haec portat in nobis beatus ap. Petrus, qui nos... protegit administrationis suae haeredes." -

f. Innocentius I. ad episcopos concilii Carthaginensis (a. 417) et Zosimus (a. 418) ad ep. Africanos in causa Pelagiana. urgent; ille: "referendum esse ad ipsos iudicium scientibus (episcopis) quid debeat apostolicae sedi, et Zosimus: "patrumque traditionem tantam auctoritatem apostolicae sedi tribuere, ut de eius iudicio disceptare nemo audeat."

5.) Eccliam Christi agnovisse primum
om. Pontificis auctoritatem et praxim,
testatur s. Ignatius M. (+107) et Jrenaeus (+202)

In inscriptione suae epistolae ad Romanos dicit Ignatius: „ Ecclesiae dilectae . . . ἡμεῖς καὶ προκαθήμεναι ἐν τότῃ χωρίῳ Ῥωμαίων, ἀφροδίτης . . . καὶ προκαθήμενῃ τῆς ἀγάπης. — Ἡγάμεν ex usu loquendi apud Ignatium („ Solutat vos charitas (ἡγάμεν) Smyrnaeorum; significat idem ac „ fratres, societas Smyrnaeorum.“ Ergo h. l. vertendum est: „ Ecclesia, quae in territorio Romano praesidet (προκαθήμεναι cum gen. rei cui praesidetur) coetui fidelium.“ Irenaeus vero (adv. haer. l. 3. . . c. 3. : „ Ad hanc (Romanam) ecclesiam, propter potentiores (v. potiores διὰ τὴν ἰκανωτέραν (v. ἐξέτερον) ἀφειρέται) principalitatem (= ἀρχὴν auctoritatem penes Iren.) necesse est omnem convenire ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique, fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quae est ab apostolis, traditio.“ — In contextu tradit Irenaeus normam dignoscendi doctrinam revelatam veram a falsa; eamque haberi, recurrendi ad legitimos successores apostolorum, imprimis ad episcopos Romanos

6. Concilia priora practice primatum agnoverunt, posteriora, accedente occasione dubitationis et controversiae, etiam definiverunt. Ita Ephesinum et Chalcedonense, cuius patres Leonem suum patrem, se vero filios vocant, per eundem pontificem Leonem, aequae ac patres conc. Constantinop. II. per Agathonem, — Petrum locutum esse dicunt. "Conc. Nicaenum I., primatum in omnem orbem (sedem Petri Rom.) tenere et caput omnium ecclesiarum Dei esse." — Concilium Lugdunense I. (1274) et Florentinum (1434) primatum quoad rem eodem sensu definiverunt quo Vaticinum. Lugdunense enim docet: „ Ipsa s. Romana ecclesia summum et plenum primatum et principatum super universam ecclesiam catholicam obtinet, quem se ab ipso Domino in b. Petro, apostolorum principe sive vertice, cuius Romanus pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit. Et sicut prae caeteris tenetur fidei veritatem defendere, sic et, si quae de fide

subortae fuerint quaestiones, suo debent iudicio definiri. Ad quam potest gravatus quilibet super negotiis ad ecclesiasticum forum pertinentibus appellare, et in omnibus causis, ad examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius potest iudicium recurrere; et eidem omnes ecclesiae sunt subiectae." —

Notetur consensus ecclesiae orientalis et occidentalis, de quarum unione praecipue in hoc concilio agebatur. Idem valet de:

Concilio florentino, cuius decretum unionis habet: „Definimus sanctam apostolicam sedem et Rom. Pontificem in universum orbem terrae primatum, et ipsum pontificem Rom. successorem esse b. Petri, principis apostolorum, et verum Christi vicarium totiusque ecclesiae caput et omnium Christianorum patrem et doctorem existere, et ipsi in b. Petro nascendi, regendi ac gubernandi universalem ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem

traditam esse; quemadmodum etiam in gestis
 oecumenicorum conciliorum et in sacris cano-
 nibus continetur (καὶ ὄν πρόπον καὶ ἐν τοῖς πρακτικῶν
 τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς
 κανόσι διαλαμβάνεται.) Ultima verba non sunt re-
strictiva plenitudinis potestatis Pontificis Rom.
 „ iuxta decreta conciliorum,“ ita ut concilia sint
 auctoritas Pontifici Romano superior; sed sunt
exegetica et inductiva, quatenus concilium
 Lugd.-i. ad „ gesta et canones priorum conciliorum
 (vide supra n. 6) provocat. Id patet ex textu
 et contextu tum grammatico-logico, tum
 historico; neque enim aliter sensus a theologis
 et canonistis intelligebatur. Concilium Vatica-
num (sess. 4. c. 2: „ de apostolici primatus in b. Petro
institutione“ et c. 2. „ de perpetuitate primatus b.
 Petri in Rom. Pontificibus.“) renovat professionem
 fidei utriusque concilii praecedentis, ulterius
 eam explicans contra falsas doctrinas Galli-
 canismi et errorum cohaerentium, de quibus pag. 185.
 relatum est.

Exposita doctrina ex fontibus Math. 16. et Jo. 15. conclu-
ditur¹⁾ (c. 1) de primatu Petri: „Si quis igitur dixerit,
b. Petrum Apostolum non esse a Christo Domino consti-
tutum Apostolorum omnium principem et totius
Ecclesiae militantis visibile caput; vel eundem
honoris tantum, non autem verae propriaeque ju-
risdictionis primatum ab eodem Domino N. Jesu
Christo directe et immediate accepisse N. S.”

2.) Et (cap. 2) de perennitate primatus: „Quod autem
in b. Apost. Petro princeps pastorum et pastor
magnus ovium D. N. J. Christus in perpetuam, salu-
tem ac perennae bonum ecclesiae instituit, id
eodem auctore in Ecclesia, quae fundata supra
petram, ad finem saeculorum usque firma
stabit, ingitea durare necesse est;” — Concluditur
vero: „Si quis ergo dixerit, non esse ex ipsius Christi
Domini institutione, seu iure divino, ut beatus
Petrus in primatu super universam ecclesiam
habeat perpetuos successores; aut. Rom. Pontificem
non esse b. Petri in eodem primatu successorem

S. Q. Conf. 1. et 2. b. Theses.

Scholion:

Discussionem factam de utroque capite doctrinae sequitur conclusio, de vi et ratione primatus Rom. Pontificis (cap. 3): „Si quis itaque dixerit, Romanum Pontificem (1) habere tantummodo officium inspectionis vel directionis, non autem plenam et supremam potestatem iurisdictionis (2) in universam ecclesiam, (3) non solum in rebus, quae ad fidem et mores, sed etiam in iis, quae ad disciplinam et regimen ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent; aut (4) habere tantum potiores partes, non vero totam plenitudinem huius supremae potestatis; aut (5) hanc eius potestatem non esse ordinariam et immediatam sive in omnes ac singulas ecclesias, sive in omnes et singulos pastores et fideles S. S.“

Adversarii, qui occasionem dederunt explicandae et definiendae doctrinae de primatu, erant Gallicanismus, (4 articuli cleri Gallicani 1682);

in Germania et Austria. febronianismus et Josephinismus, quorum origo (et) est in haeresi saec. XVIII, et discordia inter sacerdotium et imperium aevi mediæ (Confer pag. 175. dicta.)

2. 3. De infallibili magisterio.

A. Romani Pontificis.

Thesis XXII. Romanus Pontifex, cum ex cathedra loquitur, eadem infallibilitate pollet, quā ecclesia docens.—

Praenotiones. In plenitudine iurisdictionis primatus continetur infallibilitas Pontificis, supremi magistri, uti pars in toto. — Notio huius praerogativae exponitur in definitione huius dogmatis conc. Vaticani sess. 4. et 4.

(1.) Romanus pontifex, cum ex cathedra loquitur, i. e. cum omnium christianorum pastoris et doctoris munere fungitur, pro suprema sua apostolica auctoritate — (2.) doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit, (3.) per assistentiam divinam, ipsi beato Petro promissam, (4.) ea infallibilitate pollet, quia divinus Redemptor Ecclesiam suam,

in definienda doctrina de fide vel moribus, instructam esse voluit; (5) ideoque eiusmodi romani pontificis definitiones ex sese non autem ex consensu ecclesiae, irreformabiles sunt. —

Sub n(1) determinatur subiectum sub formali ratione supremi magistri, quod formula „ex cathedra“ loqui exprimitur. — Igitur sub qualibet alia forma e.g. hominis privati, docti, etiam munere docendi fungentis sed non supremi, errare et peccare potest — etiam contra fidem.

Sub n(2) determinatur a) objectum in genere, circa quod infallibilitas versatur, „res fidei et morum“; b) forma docendi cum, definit, „i. e. cum stadium controversiae et dubii terminat“; ideoque non tantum hortetur vel consulat; c) terminus, quem actus respicit, „universa ecclesia“; ideoque non agitur de directiva in casu particulari vel singulari post consultationem factam, sed de definitione dogmatica ex cathedra. — Dubium, sitne, „definitio“ nec ne, eadem ratione solvitur ac in dubio de definitione concilii oecumenici, ex verbis, de-

„finimus“ seu aequivalentibus ex sanctione, anathematis“
 addite, ex consilio manifestato (-is) terminandi rem
 fidei vel morum in suprema instantia etc. Sub n(3)
 determinatur causa efficiens infallibilitatis scilicet
 supernaturalis assistencia s. Spiritus, a Christo promissa;
 ideoque non est scientia infallibilis naturalis vel
 „omniscientia“ divina, quae homini, Romano Pontifici,
 attribuetur —, sed, suppositio ordine supernaturali,
 est speciale adiutorium Dei Spiritus s. „ Spiritus veri-
 tatis“, qui a Christo promissus est, eius indolem in-
 nuit ipsa vox „ assistencia“; a) supponit enim activi-
 tatem naturalem inquirendi in fontibus revela-
 tionis, adhibitis omnibus mediis pietati et scientiae
 propriis; haec autem omnia sunt normae agendi pro
 Pontifice non autem criterio valoris definitionis;
 b) per „ assistentiam Spiritus s.“ praecavetur error ta-
 lis inquisitionis et propositionis normae credendi
 et agendi salutariter. Per hunc modum magis ne-
gativum supernaturalis illustrationis et inspirati-
 onis, distinguitur „ assistentia“ Spiritus s. ab „ inspiratione“

quae et positivus Dei influxus supernaturalis in
 mentem et voluntatem scriptorum sacrorum. -
 Ideoque definitiones infallibiles supponunt reve-
 lationem divinam, uti, „verbum Dei“ scriptum vel
 depositum traditum; non sunt autem nova, neque
 dici possunt, „verbum Dei“ sensu specifico scriptu-
 ristico. Sub (4) indicatur realis identitas dotis
 infallibilitatis magisterii ecclesiae (pag. 140. Theol. XV.)
 cum magisterio Rom. Pontificis; ecclesia et Pontifex
non sunt duo subjecta infallibilitatis adaequate
distincta, sed inadaequate tantum, ea ratione,
 quia firmitas aedificii et firmitas fundamenti
 distinguuntur sed non dividuntur in duas res. . . .
 In ordine logico (cognitionis) manifestatur uti
 factum prius firmitatis aedificii (ecclesiae per
 saecula in fide et moribus firmatae) et firmitas fun-
 damenti exinde concluditur; in ordine ontologi-
co prior est firmitas fundamenti (Petri per Chri-
 stum) et posterior firmitas aedificii (ecclesiae contra
 quam non praevallebunt portae inferi) Sub (5) indica-

tus effectus, definitionis dogmaticae ex cathedra esse certitudo doctrinae ita propositae ideoque immediata obligatio assensus mentis omnium fidelium, idque ex ipsa definitione orta, minime dependens a subsequenti consensu ecclesiae universae. (Contra Gallicanos, Febronianos, etc.). -

Simul ex hac identitate patet doctrinam de infalibilitate Rom. Pontificis non esse novam sed explicationem rei implicitae ab institutione ecclesiae.

Demonstratio.

Arg. I. Deducitur corollarium instar ex plenitudine potestatis primatus ejusque fine: efficiendae firmitatis et unitatis ecclesiae ita: Vis et ratio primatus est firmitas et unitas societatis ecclesiasticae in cognoscendo et appetendo fine salutis, mediis proportionalis.

Actus fidei sunt fundamentum et radix omnium reliquorum. Ergo ad fidem firmandam et unitatem fidei efficiendam spectat imprimis functio "petrae" seu Petri docentis. Atqui firmitas assensus, seu certitudo mentis, supponit impossibilitatem oppositi (e.g. 2x2 = 4). Certitudo oriri potest solummodo ex evidentia. Evidentia est aut intrinseca (- in scientia), aut extrinseca auctori-

tatis est infallibilitas in herendo, hanc Deus habet a se; homo (P. T.) ab alio participatam a Deo promissam. Hinc apparet promissiones assistentiae Dei, ecclesiae factae, spectare propter nexum ecclesiae uli aedificii supra Petrum - etiam ad Petrum. Tale nexum nexum exhibent variae definitiones ecclesiae universalis:

1. Celeberrima est formula papae Hormisdae praescripta 2500 episcopis orientis, qui schismatis Acaciani erant participes (Acacius erat episcopus Constant. a. 471-89 favebatque monophysitis). Formula est: Primum salus est regulam rectae fidei custodire a constitutis patrum nullatenus deviare. Et quia non potest D. N. Iesu Christi praetermitti sententia dicendis „Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. - (Matth. 16-18) haec, quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica immaculata est semper catholica - conservata religio et sancta celebrata doctrina. Ab hinc ergo fide et doctrina reparari minime cupientes ... speramus, ut in una communione, quam seles apostolica praedicit esse invocamus, in qua est integra et vera Christianae reli-

gionis soliditas, promittens etiam sequestros a communione Ecclesiae catholicae i. e. non consentientes sedi apostolicae, eorum nomina inter sacra non esse recitanda mysteria. Attendantur haec formulae momenta: 1) factum, 2500 episcopos orientales (inter quos patriarchae C. P. Epiphanius, Joannes et Menna, ipse imperator Justinianus) et tandem patres Latinos et Graeco in synodo VII^a ael. 1. subscripsisse - 2) idque eum in finem „sit regulam rectae fidei custodiant“ quae habetur sedes Romanorum; 3) ratio est in verbis Christi, „tu es Petrus...“, quorum 4) effectus „immacolata semper in sede apostolica religio“ quapropter 5) dis-sensus a Sede Romana est avulsio ab ecclesia catholica. Ergo doctrina sedis Romanae habetur norma obligans fidei ad consequendam salutem, ergo infallibilis est ea infallibilitate, qua pollet Ecclesia ipsa. Eadem ratione inculcat s. Agathe ecclesiam Romanam „numquam a via veritatis in qualibet erroris parte dellexam esse.“

Ipsum Conc. Vatic. I. c. „Episcopo autem apostolico primatu... supremam quoque magisterii potestatem comprehendi“

2. Concilium Lugdunense definitio de primatu, quoad fidem habet et, sicut praeceteris tenetur fidei veritatem defendere, sic et, si quae de fide subortae fuerint quaestiones, suo debent iudicio terminari."

Ergo Romanus Pontifex exhibetur iudex supremus qui iudicio peremptorio fidei quaestiones dirimat. Ergo (sicut de ecclesiae iudicio supremo dictum est pag 1) infallibilis esse debet eadem infallibilitate, qua pollet ecclesia

3. Concilium Florentinum definit "plenam potestatem praecendi, regendi ac gubernandi universalem ecclesiam." In ea includitur potestas docendi uti fundamentalis. Ergo plena sufficiens esse sese debet esse ad terminandas fidei controversias. Alqui non esset plena et sufficiens, si exiguit suffragium Episcoporum sive in sedibus dispersorum sive in concilio coeuntium. Utroque concilio praedictum iuxta hunc sensum affertur a Concilio Vatic. l. c.

4. Etiam conciliorum particularium consensus idem testatur: a) Tarraconense (a. 463-64) „nihil exire... praecipi" a sede Rom. b) conc. Pemense (a. 1857)

docet pontificis Rom. esse, si quae de fide morumque regu-
lis subortae fuerint quaestiones, suo irreformabili iudi-
cio terminari; c) eadem voce conc. Ravenatense utitur;
d) conc. Baltimorese (1858) „ecclesiam Rom. verita-
tem ab omni erroris laeae immunem docere“;
e) conc. Ultrajectense (1863): „Pontificis iudicium in
iis, quae ad fidem moresque spectant infallibile esse etc.“

II. Argumentum s. Scripturae.

Ex nexu reali rerum fidei cum plenitudine potesta-
tis primatus indicatur eosdem textus, qui primatum
iurisdictionis probant, probare quoque infallibilitatem po-
testatis docendi.

Et quidem revera:

1. Matth. 16. 18 a) dicta sunt Petro, ut b) firmum sicut foun-
damentum infallibilis ecclesiae; c) eadem valent de
Petro successoribus; ergo d) non potest Rom. Pontifex
universam ecclesiam errare, quia eo ipso errat
universa ecclesia. (Confer initium Theses.)

2. Jo. 21. 15 sq. coll. Jo. 10. 3 sq. - conferunt Petro eiusque
successoribus potestatem paescendi universam gregem

fideliarum, et fidelibus imponunt obligationem obediendi.
 Alqui et potestas supremi pastoris et obligatio obedi-
 ae fidei per assensum mentis sub sanctione aeternae sa-
 luti, - supponunt veritatem certam, ut praeibulum ovi-
 bus Christi proponendam ideoque magisterium Petri et
 successorem infallibile. -

3. Accedit Luc. 22. 32. Notetur a) fides Petri, quatenus est
 confirmator fratrum, non est defectura (*ἰνα μὴ ἐκλείψῃ
 ἡ πίστις σου*) ideoque errori non obnoxia; b) parallelis-
 mus huius loci cum Math. 16. 18 tanquam promissio-
 nis particularis (firmitas fidei) ad universalem ("quod
 cumque ligaveris..."), docet eadem ratione spectare
 promissionem hanc et ad successores Petri sicut il-
 lam Math 16; *στῆριζον* (acc. à *στῆριξω*, fulcire) est paral-
 lelum, fundamento * Math. 16. - στῆριξμε; - quod con-
 firmatur ex fine huius promissionis Christi, praee-
 bere auxilium contra impetus sceleris pellentis ad
 errorem et peccatum. Ergo efficax auxilium est in infal-
 libili norma fidei et morum, per Petrum eiusque suc-
 cessores proponenda, idque d' eo magis erat necessa-

rium cum beatis episcopi, collegii apostolici, successorum, domo extraordinario infallibilitatis non fuerant, ideoque eorum confirmatio actualis necessaria erat; quoad apostolos erat iustitela in actu primo, proditura in actum secundum urgente necessitate, impetus salutaris, cui sic providit Christus, ut bibueret firmitatem Petro (ejusque successoribus) ut sint fulcrum verae fidei (ἄγκυρα).

Confirmatur vero haec exegesis logico-grammatica consensu Patrum e.g. Cyrilli Alex. in h. l.; Gelasii ep. 4. ad Honorium Dalmatiae episcopum; Leonis M. Theod. Studitae ad Paschaletem, Pont. Agathonis.

Nota: Vocis ἐπιβεβήκω (ver. ἐπιβεβήκαω) „et tu conversus“ significatio obvia est. Ergo rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando (πότε) converte te ad fratres tuos et confirma eos in fide.“ (Passaglia, de praevag. p. Petri p. 540. et Schanz in h. l.)-

III. Argumentum traditionis.

1. Consensum Petrum, praeter exegetas in argumentis s. Scripturae allegatos, testantur: Trenacius (adv. haer. l. 3. pag. 53) tradens fidem Rom. ecclesiae esse „plurimum ostensionem fidei apostolicae. Ecclesiae vero auctoritatem residere in Episcopo.

Cyprianus (ep. 59.) docens Petri cathedram esse principium unitatis sacerdotalis et ad eam (pedem) perfidiam (irreligiositas) non posse habere accessum. „Deus unus est et Christus unus est et una est ecclesia et cathedra una super Petrum Domini voce fundata.“ (c. 43). - Controversiam de rebaptizandis haereticis contra Stephanum pontificem agens, habuit rem disciplinarem; errorem forte commissum „pangine martyri abluit“ (Aug.)

Augustinus, cum episcopis concilii Carthaginiensis et Milevitani in causa Pelagii decisionem sedis Rom. petit, eaque accepta scribit (rom. 131): „Inde rescripta venerunt, causa finita est; utinam finiatur error!“ Ep. 105: „In hac cathedra unitatis ponit

Deus doctrinam veritatis.

Ambrosius (in Ps. 40), Ubi Petrus, ibi Ecclesia allegatis Math. 16. Gregorius Nazianzenus, opponens Romam gentilem Romae christianae. Oratus Hilveridamus appellat; cathedram Petri „cathedram univiam“ cathedram singularem;

Epiphanius dicit Petrum „caput apostolorum“ et „portae inferi“ (Math. 16.) συνδ. ἀπέστειλε καὶ ἀπεστράγγει.

1. Romani Pontifices - a) docebant; ea, quae a sede apost. semel definita essent, non posse rursus in questionem vocari (Bonifacius I., Coelestinus I., Leo M. Patribus Chalced. per epist.-dogmaticam doctrinam de unione hypostatica utriusque naturae Christi in persona Verbi definitiva praescribit sententias.

Conf. formulam Hermisdae Pont. pag. 210.

b) haereticos definitivas sententias damnarunt:

Innocentius I. et Lasimus - Pelagium; Coelestinus - Nestorium, Leo M. - Eutychem; Agatho - monothelitas; neque ecclesia censuit doctrinas ita damnatas licere defendere, nisi ipse Socrates (H.E. II) et Sozomenus (H.E. III) testantur.

c) ipsi haeretici auctoritate Rom. Pontificis abili studebant ad errorem efficaciter spargendum in populo. Ergo persuasionem plebis christianae de hac circumferentia auctoritate supponebant. - Ita Felagius, Nestorius, monothelotae per Perginum, (A. E. Ep.); Valentinus, Marcion, Novatianus, Manichaei, Praxeas et alii. d) Sententiam negantem infallibilitatem Rom. Pontificis proscripserunt Sixtus IV. - Petri Oramensis; Leo X. - Lutheri Alexander VIII. - de superioritate concilii oecumenici.

3. Concilia oecumenica - infallibilitatem agnoverunt:

a) Conc. Epithesinum; b) conc. Chalcedoniense - ep. dogm. Leonis M. dicentes „Petrus per eos Leonis locutus est.“

c) conc. Constant. III. (oec. VI.) - de Agathone - idem dixerunt; d) conc. Licæen. II. - de litteris Hadriani

pontif., allegans ius successoris in primatu Petri, dicit: „Tota synodus ita credit, ita sapit, ita dogmatizat.“ e) conc. Lugdunense II. (1274) et f) Florentinum (1437) iam pag. 212. allegata sunt. Qua

propter definitionem Conc. Vaticani, urgente necessitate temporum, eum auctoritas omnis periclitatur,

auctoritas religiosa, uti fundamentum, in sua radice definitur.

Obiectiones - contra infallibilitatem R. Pontificis ferre omnes ex historia desumuntur. Haec responsio fit a) statuendo factum cum circumstantiis, ex quo apparet b) non agi de subiecto vel obiecto infallibilitatis, prout in thesi affirmatur.

Ita e.g. 1. Liberius papa dicitur formulae subscripsisset - peccasset sed non „ex cathedra definit”; 2) de facto subscripsit formulas, quae sensum catholicum admittit, - aliam diserte damnans. - Hieronymus loquens de lapsu Liberii, - Soromino in errorem involvens. Hinc Arianii pugnantes contra vocem ομολογίας nunquam ad Liberium provocant.

2. Honorius papa (625-638) dicitur professus esse haeresim monotheliticam. Rp. 1.) Epistolae ad Sergium patriarcham Constant., ad quas provocant adversarii, post mortem Honorii et Sergii innotuerunt; ergo etiam errorem continuant deficiente promulgatione, non erant „definitiones ex cathedra”. - 2) Textus ipse nullum con-
lind errorem immo veram doctrinam conc. Chalcedonensis

Arianus subscripsisse. Rp. 1) historia testat constat summi & orthodoxi eorum fuisse ad subscribendum. Eos etiam si aeneas formulae subscripsisset = ...

de duabus naturis inconfusis et una persona Verbi
in Christo continent. Id patet ex textu ipso et ex apolo-
gia Johannis abbatis, secretarii Honorii, postea Rom.
Pontificis Joannis II

3.) Sergius petit ut imponatur silentium litigantis de
duabus vel una operatione in Christo, retenta definitio-
ne Chalcedonensi de duabus naturis in una persona.

Verbi; agitur ergo de oeconomia quadam et pastorali
prudencia ad lites internas componendas, irruentibus
iam Mohamedanis in confines regni. — Hinc scribit Ho-
norius: „etiferentes... scandalum novellae adinventiois
non nos oportet unam vel duas operationes definientes
praedicare...”

4.) Ex his intelligitur, tenor damnationis Conc. II. (681) Const. II
„Aeterna condemnatione mulctati sunt Theodorus, Cyprius,
Sergius etc. cum Honorio qui flammam haeretici dogma-
tis, non, ut decuit, apostolicam auctoritatem incipientem
extinxit sed negligendo conpovit.” In ultimis verbis diserte
agnoscitur, apostolica auctoritas, „Rom. Pontificis, ad flammam
haeresis in Oriente extinguendam, eamque esse unice suf-
ficientem, quapropter etiam negligentia supposita a concilio
II., damnatur.

3. Adversarii provocant ad Concilium Constantiense

et Basileense - quae docent Rom. Pontificem in rebus fidei et morum esse concilio oecumenico obnoxium. Qu. ergitur de conciliis tempore schismatis occidentalis. Non sunt decreta concilii legitimi, ecclesiam cum suo capite representantis. Resunt ergo conditiones requiritae, uti postea de conciliis exponetur. Praeterea concilium tempore pontificis dubii, uti Joannes XIII. erat, naturali lege defensionis necessariae, exigere possunt et debent, ut pontifex dubius cedat necessitati, ut sit possibilis electio certa. Decreta allegata a Martino I. Pontifice indubio, postea electo, non sunt approbata; et Eugenius II. propositionem, asserentem superioritatem concilioeum juxta decreta Constantiensis et Basileensis concilii damnavit. Nullum autem ius inesse potest concilio contra papam legitimum; ad divinam promissionem spectat, ne permittat papam errorem proponentem. Objectiones petitae ex eo, quod dicuntur concilia oecumenica superflua, si solus Pontifex de iure potest infallibiliter, solventur in sequentibus.

B. De Subjecto infallibilis magisterii - confirmatio.

De episcopis et de hierarchia ecclesiastica universim.

Praenotiones. 1. Hierarchia juxta vocis etymologiam

ἐκ πῶρ ἄρχῆς idem est ac, sacerorum (sacer) principatus " (ordo).
 Si rem ipsam spectamus significatur per hanc proprietatem,
 quae attribuitur ecclesiae („hierarchica“), ecclesiam esse
 societatem inaequalem, in qua ex instituzione Christi sunt
 alii praepositi, alii subditi, seu alii, qui docent, sanctifi-
 cant et regunt, — alii qui docentur, sanctificantur et re-
 guntur per alios.

2.) In hoc generali patet haec veritas, ex ipsis
evangelis, quibus institutio Christi magisterii, sacerdo-
 tii et regiminis (pastoralis) probata est.

2.) concordant cum evangelis epistolae a) b. Pauli, ad
 Rom. 12, ... : ubi docet esse in ecclesia, quorum munus est
 docere, exhortari, praeesse (ἡγορεύειν); Heb. 13, ... :

„Mementote praepositorum vestrorum (ἡγούμενων), qui
 vobis locuti sunt verbum Dei... Obedite praepositis
 vestris et subjacete eis; ipsi enim pervigilant, quasi
 rationem pro animabus vestris reddaturi. 1. Pet. 5, ... :

„Pascite, qui in vobis est gregem Dei... forma facti gre-
 gis et animo.“

Ab hoc munere ordinario docendi et regendi (Eph. 4, 11)
 (Et ipse (Christus) dedit quosdam apostolos... pastores
 et doctores ad consummationem sanctorum...) ecclesiam
 distinguenda sunt munera extraordinaria charismatum

(revelationes, prophetiae, dona scientiae, linguarum et c.) prout ea Paulus in primis 1 Cor. 12 seq. describit. Haec sunt "signa" extraordinaria veritatis revelatae, quae in ecclesia nunquam desunt, eo tamen rariora sunt, quo magis ordinarium magisterium et regimen constitutum est. —

4.) Munera ordinaria docendi et regendi — semper fuisse in ecclesia, apparet ex relationibus N. T., quae testantur, apostolos constituisse per singulas ecclesias presbyteros et episcopos eoque iussisse, ut et ipsi alios successores sibi instituerent (Act. 11. 30, 14. 23, 1 Tim 5. 22, Tit 2. 5-7).

5.) Institutio haec fiebat per sensibilem ritum impactio-
nis manuum (χειροτομία) cum oratione (Act. 14. 22, 1 Tim 4. 1, 5. 19, 2 Tim 1. 6). — Qui ita instituti erant non habebant iurisdictionem in universa ecclesia, sicut apostoli, sed in illa particulari ecclesia, cui praepositi erant (Act. 14. 23, 1 Tim 5.) Comdex de sacramento ordinis et Cone. Trid. sess. 23. can. 3.

6.) Nomina horum praepositorum occurrunt tria: „Epi-
scopi, presbyteri et diaconi.” Appellationes V. T., sacerdotes,
levitae, propter periculum confusionis utriusque
testamenti, initio vetatur. Nomina, ἐπίσκοποι et
ἑπισκοπος transumpta sunt ex V. T. in N. T. (Num. 4. 6,
2 Reg. 11. 6, Num. 11. 6, etc., Luc. 15. 25 etc. . .) Juxta LXX. significant

ἐπιβικωτος et πρεσβύτερος aliquod munus publicum, cui quaedam iurisdictionis erat adnexa. (Inspector, praeses — senior, vicegerens populi.) Nomen „diaconi” ministerium significat. Juxta Act. 6. instituti sunt ad juvandos apostolos maxime in negotiis temporalibus sed etiam in praedicando (Act. 6.8) et baptizando (8.5) — Ex diaconatu iure ecclesiastico oriuntur gradus inferiores ministerii:

Subdiaconatus et quatuor minores: acolythorum, exorcistorum et ostiariorum.

4. Quaestio est de propria significatione nominum ἐπιβικωτος et πρεσβύτερος. Inquirendo rem ipsam, quae hisce nominibus significabatur ex historia antiquitatis Christianae discimus:

Thesis XXIII.

1. Nunquam et nullibi extitit ecclesia, cui non praeeset unus episcopus et sub eo presbyteri et diaconi; 2.) Episcoporum munus et officium erat triplicem exercere potestatem docendi, regendi et sanctificandi.

Rem. ad 1. Testes sunt a.) Hegesippus (Euseb. H. E. l. 4c. 11.), qui medio saeculo II. ut investiget traditionem (objectivam) apostolicam, inquit successionem episcoporum, „quia per hoc moment omnia sicut tradita sunt.”

b.) Polycrates, (ep. Ephesinus), defendens sententiam quatuordecimariam, provocat ad Polycarpum, episc. Smyrniensem, et se ipsum habuisse 7 praedecessores. Ergo a apostolorum tempore erant episcopi c.) Iraenaeum (Polycarpi discip.) iam audivimus ad seriem episcoporum in ecclesiis apostolicis, imprimis Romanae, provocantem (adv. haer. l. 3) ut probet, ab apostolis traditionem."

d.) Eusebius exhibet nomina episcoporum Alexandrinorum, Antiochenorum, Hierosolymitanorum.

Ergo falsum est, quod asserunt rationalistae et protestantes, episcopatum non esse ortum nisi medio saec. III. - et usque ad hoc tempus ecclesiis praefuisse collegia presbyterorum. Unicum eorum argumentum est, quod primis temporibus, "episcopi" saepe, "presbyteri" vocabantur. - Talis tantaeque mutationis deberent adesse vestigia, cum quaestio longe inferior de celebrando paschate, Orientem et Occidentem commoverat. - Apocalypsis supponit, singulis Asiae ecclesiis singulos praefuisse episcopos.

Dem. l. p. 1) Testes sunt a. Clemens Rom. ep. ad Corinthios utitur divisione typica v. T. ad distinguendos gradus sacerdotii Ν. Τ. ἀρχιερεὺς, ἱερεὺς, διακονία. - b.) "doctrina 12 apostolorum" (c. 70-80 vel initio II. saec.)

et Justinus M. praepositos eccles. (προεβήτας) publicam liturgiam peragere; offerre dona; nominatim vero: Ignatius M. in suis 7 epistolis e.g. ad Magnesos; episcopo praecedente loco Dei, presbyteris loco senatus apostolici, et diaconis. . . creditum habentibus ministerium Jesu Christi; ad Philadelphios; omnes obtemperate ut J. Christus Patri . . . separatim ab episcopo nemo quidemquam faciam eorum, quae spectant ad ecclesiam. Similiter Polycarpus, Tertullianus (de bapt.), Clemens Alex., Origenes et Cyprianus, (imprimis ep. 3. n. 3) — Quapropter concludere licet: A saeculo I^o exeunte usque ad medium saec. III. hierarchia ecclesiastica constans episcopis, presbyteris et diaconis certe existit. Ergo ecclesia Christi teste Traditione ab initio constituta est per Christum — hierarchia seu organisata iuxta gradus diversos potestatis ordinis et iurisdictionis. —

2.) In Scriptura N. T. textus non habetur, ex quo cum certitudine deduci possit. an et qualis differentia intercedat inter „episcopum“ et „presbyterum“. Episcopus saepe nomine presbyterorum fuisse vocatus, inter omnes convenit. E.g. Act. 20¹⁷, 28, item alibi. — Ipe Troacicus (adv. haer. l. 4. c. 26. n. 2).

Utrum vero simplices „presbyteri“ in N. T. appellentur etiam „episcopi“, non constat. Duo enim

loci (Act. 20. 7. Πῶλος μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους
 εἰπεῖν αὐτοῖς... προσέχετε τῷ κλημνίῳ, ἐν ᾧ ὑμεῖς
 τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔδωκε ἐπισκοπῶν et Phil. 1. salutal
 Paulus, omnes sanctos (fideles), qui sunt Philippis cum
episcopis et diaconibus) - aliter ab aliis exponuntur. -
 Inddes s. Scripturae eiusque relatio ad traditionem
 exigunt, ut obscuritas haec clarescat luce veritatis tra-
 ditionis historicae, supra expositae. - Quapropter histori-
 ce fundata apparet definitio Conc. Trid. s. 26. can. 6: Si quis
 dixerit, in ecclesia catholica non esse hierarchiam divi-
 na institutione ordinatam, quae constat ex episcopis,
 presbyteris et ministris N. S.!

Scholion. Episcopi iure divino sub primatu success-
 sorum sibi participant munus docendi, regendi
 et sanctificandi singulas ecclesias potestate ordinari-
a et immediata. Praeter dicta h. l. conferuntur Luc. 11.
 13., Matth. 18. 18, Jo 20. 22. ac promissio plenitudo huius
 ministerii Matth. 28. 20. Hinc s. Bernhardus (ad Eu-
 genium III. de Consid. l. 9. c. 4.) : Excus, si ut summam ita
et solam institutam a Deo vestram apostolicam existimas?
 Quilibet potestas episcoporum, ordinaria et immediata?

quatenus a) non est delegata tantum ex plenitudine prima-
 tus, sed ex munere et officii docendi regendi et sancti-
 ficando, ita, ut Pontifex ordinem episcopatus suppressere
 non posset; iuri enim divini est episcopatus institutio,
 et b) est immediata, quia est in subditos, qui iurisdic-
 tioni compellunt. Gratus patriarcharum, metropolitano-
 rum iuris ecclesiastici tantum; praeformati in Silo, cui
 collata est a Paulo potestas consecrandi episcopos in ci-
 vitatibus Oeciae.

Episcopi sunt itaque a) veri magistri et iudices fidei,
 b) veri pastores c) veri sacerdotes altioris ordinis, habentes
 potestatem consecrandi alios. — sed non sunt supremi ma-
 gistri, iudices et pastores. —

Discrimen successionis in primatu Petri et in episco-
 patu etiam historice eo apparet, quod 1) soli Romani epi-
 scopi serie continua succedunt Petro in episcopatu
 Romano et eo ipso in primatu totius ecclesiae. Reliqui
 episcopi tantummodo uti corpus seu collegium dici
 possunt successores collegii apostolici; minime vero
 singulos episcopos esse successores singulorum apostolo-
 rum in determinatis ecclesiis, uti per se patet et historia

sublatas successiones in ecclesiis primitivis manifestat.

2) Universalitas iurisdictionis in tota ecclesia Christi singulorum apostolorum erat prerogativa extraordi-
naria. - Partialis iurisdiclio episcoporum in singu-
laris ecclesias apparet iam ex institutione Titi (1.57)
in Carta ad Timothei Ephesi per Paulum, nec non 1 Petr
5.2. - Apoc II (7 ecclesiae 7 Ep. habent) et 19.29.

Determinatio partis non est iuris divini sed evolutionis
ecclesiasticae, uti tota historia eccl. testatur. Hoc sensu

1) Trid. sess. 23. c. 4. declarat: "Episcopos, qui in apostolo-
rum locum successerunt, ad hierarchicam ordinem pra-
cipue pertinere". Eusebius H.E., antiquissimorum
scriptorum testimoniis nixus, catalogos apostolorum
successionis (ἀποστόλων τῶν ἀποστόλων) scripsit.

Episcopos singulos pro singulis - non esse immedi-
ate a Christo missos, neque infallibiles - historia abun-
de testatur.

Episcopi non ad promulgandam revelationem no-
vam sicut apostoli, sed ad custodiendum et exponen-
dum „depositum fidei” iure divino constituuntur.

2 Tim 1.13.; 2.2. 3. 10... „Bonum depositum custodi”

Thesis XXIV.

Episcopi sive 1. in concilio oecumenico collecti, si
2. per orbem dispersi in proponenda doctrina revelata
sunt infallibiles.

Praenotiones. Concilium, o'vrosos sensu ecclesiastico est
coetus legitimus personarum, quae ius habent ad res
ecclesiasticas regendas.

Conciliorum institutio est originis apostolicae
(Act. 15.6) et sunt modus extraordinarius exercendi mi-
nistrii authentici ecclesiae, non quidem absolute sed
relative necessarius, uti infra ex relatione definitionis ex
cathedra Pontificis ad concilia patebit. Modus ordina-
rius est praedictio ecclesiastica, instructio catechetica,
administratio sacramentorum, cultus - et doctrina
scholarum theologicarum. -

Distinguuntur - ratione extensionis in 1) universa-
lia (oecumenica o'vroumévy), quae moraliter uni-
versam ecclesiam repraesentant, 2) particularia
(provincialia) et 3) synodi diocesanae. De singulis
agitur in iura ecclesiastico. Hoc loco, quid iuris divini
sit secundum.

(Acquisita ad Conc. oecum.) Ex doctrina de primatu R. Pontificis sequitur, ad eundem iure divino spectare concilia oecumenica a) convocare, b) iusdem praesidere (per legatos vel in persona), et c) decreta confirmare. Confirmatio et approbatio Pontificia est tale criterium oecumenicitatis, ut e.g. Conc. Constanti-nopol. I. (381) erectum sit ad universale propter accedentem approbationem Damasi papae. Compe-tete R. Pontifici iure divino triplicem illam functi-onem quoad concilia patet 1^o ex eo, quod sunt actus supremae iurisdictionis ecclesiasticae, ideoque so-lus primatus proprius.

2^o historice constat de facto hoc ius semper fuisse a Pontifice Romano exercitum.

Obijcienti, plura concilia etiam oecumenica ab imperatoribus fuisse convocata - resp. Agimus de iure; facta illa aut tacito consensu ex ra-tionibus oeconomicis expensarum, salutis, ho-noris, pacis etc. quarendae - explicantur, aut il-legitime fiunt. - Conferatur Historia ecclesiastica.
 Dicitur et de conc. oecumenicum requiri repraesentationem

Relationem ecclesiae moraliter universalium. Physica enim universalitas est moraliter impossibilis. -
 Qualis numerus requiratur universum et qualis relatio volorum pro et contra („placet“, „non placet“), non arithmetice sed usu ex historia discimus.

In concilio Nicaeno I. et Ephesino, ubi agebatur de Christologia, - magna pars episcoporum Arianorum et Nestorianorum dissentiens abiit, definitionem minime impediens.

In synodo VI. non adfuerunt patriarchae Alexandriae, Antiochenus et Hierosolymitanus, „sed nullum ex hoc sanctae adhaesit synodo praecipuum... praecipue cum sanctissimus et apostolicus papa Romanus concordaverit et in ea inventus sit per apocryphos suos.“

Demonstratio.

Ad 1. p. Arg. 1. Concilium oecumenicum est forma sollemnissima et modus extraordinarius, quibus infallibile magisterium authenticum episcoporum univocum S. Pontificis exercetur. Ergo a fortiori talis actus docendi est infallibilis. -

Arg. 2. Haec fuit constans persuasio universae ecclesiae.
 Tunc Athanasius decr. conc. Nicaeni dicit, „ἐν μὲν αἰῶνι
 ἡρώου - quod in aeternum manet.“ (ep. ad Alie.) - Simili-
 ter Ambrosius, Leo M. et Gregorius M. dicens, „Sicut s. evan-
 gelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere et
 venerari me fateor.“ (l. 1. ep. 25.)

Concilia oecumenica ipsa infallibilitatem sibi adscribunt,
 dum doctrinas contrarias dominant. verbis Concilii ^{reperitis}
 Nicaeni de Arianis: „Τούτους ἀνεμαρτίστους ἢ κατὰ καὶ ἀποστ.
 ἐκκλησίαν.“

Ad 2. p. Arg. 1. In promissione Christi, quae est ultima
 ratio infallibilis magisterii authentici - „Ego vobiscum
 doceribus, nulla habetur restrictio, ergo nulla est facienda
 ab hominibus. Ego etiam disposui episcopi, dummo-
 do sint collegium factum a Petro confirmatum.

arg. 2. Natura rei exigat, ut homines, non solum in
 extraordinariis occasionibus sed ordinarie doceantur
 „Viam, Veritatem et Vitam“.

Arg. 3. Requiritur cooperatio elementi humani (ora-
 tionis et scientificae inquisitionis) et consensus mora-
 lis episcoporum cum Pontifice. Alqui delis omnibus

aliā via praeter concilium oecumenicum constare potest, uti
ex. g. in definiendo dogmate Immac. conceptione. A. M.
V. accidit.

Solutio 1. Relatio inter Rom. Pontificem et concil. oecum.
nicum 1. Ex eo, quod P. Pontifex est magister et iudex
supremus, non requiritur episcopus non posse esse testes,
doctores et iudices inferiores. Hinc formulae: „ Sacro
concilio approbante ...“, „ Definens subscripsi“, ἐπίτης
ἔπειρα; - et in primo Concilio Apostolico, praesente
Petro „ Visum est Spiritui s. et nobis“... Sicut caput
et membra organicala unum corpus vivum formant,
- sic pontifex et collegium episcoporum sub assistentia
Spiritus s. - una est auctoritas authentici magiste-
rii Ecclesiae. - 2. Triplici modo exercent episcopi
potestatem iudicium et doctorum ad dogmata conci-
liorum praecedentium profundius examinando,
probando, evolvendo - „ in lide quaerente intellectum“
b) luminologiam aptam sophismatibus pseudosci-
entiae et haeresibus opponendo; c) decreta et senten-
tias iudicis supremi, uti coiudices subordinati suis sub-
ditis promulgando et officaciter urgendo. -

Licet in se et intensive definitio Pontificis ex cathedra intrinsicis et formaliter eandem auctoritatem habeat ac definitio conciliaris - tamen haec praee illa maiorem habet auctoritatem extrinsecam, materialem, ratione polemica et apologetica (extensive). Etenim a) inquisitio praevia est facilior et collatio rationum pro et contra efficacior b) ipsi episcopi decreta a se iudicata et comprobata suis subditis efficacius observanda inculcant et dubia dilant; c) adversarii consensu moraliter universali magis precelluntur - Quo circa ipsi apostoli, licet infallibiles, concilium convocarunt, in quo facta est „magna convocatio“ (Act. 15.7).

Ideo epistolae dogmaticae Pontificum e.g. Leonis M. ad conc. Chalcedonense, subjectae sunt examini synodi, licet normae instar acceptae fuerint, ut, inquit, Leo ep. 120. ad Theodoretum, veritas clarius remisceat et fortius retineatur; minime ut reprobandum sed comprobetur.

Scholium 2. Auctoritas Congregationum.

Congregationes Romanae - sunt collegia Cardina-

linum aliorumque virorum doctorum ad adiuvandam
 Sedem apostolicam in regimine ecclesiae a Pontificibus
 instituta. Quoad magisterium tenendum est:
 a) infallibilitas P. Pontifices, cum sit proprietas Pe-
 tri eiusque successorum, quatenus sunt "fundam-
 entum et petra ecclesiae", neimmi alio potest de-
 legari neque a Pontifice neque a concilio oecumeni-
 co; ideoque decreta Congregationum, quaecumque, et
 iamsi dicantur, "suprema auctoritate Pontificis confir-
 mata," non sunt actus "ex cathedra" ideoque non
 sunt infallibiles, nisi Pontifex manifestet voluntatem defi-
 niendi doctrinam, ita ut sententia non amplius sit
 Congregationis tamquam iudicantis sed per modum
 dumtaxat consulens, cuius sententiam Pontifex fa-
 cit propriam (Franzelin de Trad.)

Ex hoc tamen non sequitur, nullam vim obligandi ad
 assensum etiam interiore de decretis Congregationum
 inesse sed sufficere, "reverentiale silentium" externum. As-
 sensus hic non est assensus fidei irreformabilis, sed est
 obediencia erga auctoritatem religiosam, includens
 "mentis obsequium" non quidem ut iudicetur doctrinam
 31. nach Rev.

esse infallibiliter veram aut falsam, - sed ut iudicetur doctrinam in tali iudicio contentam esse secu-
ram, propter auctoritatem universalis providentiae
 ecclesiasticae. (Franzelin de Trad. p. 136-137.) Id pa-
 tet a) ex rei natura, quae in societate obedientiam
 exigit etiam in rebus, quae possunt esse minus rectae
 sed in certa circumstantia rectae bona fide habentur;
 seu educatio impossibilis fieret. - b) ex positiva de-
 claratione Rom. Sedis e.g. S. R. U. Inquis. Congreg.
 18. Sept. 1861. in causa ontologismi et litt. Pii IX.
 d. 21. Dec. 1868 ad Archiep. Monachiensem.

§ 3. De objecto infallibilis magisterii.

Thesis XXV.

Ecclesia est infallibilis 1. non solum in deti-
 nienda doctrina revelata fidei et morum, sed
 2. etiam in eis veritatibus, quae necu logico oppo-
 sitionis vel subalternationis in revelatione continen-
 tur, 3. imprimis vero in factis declarandis, quae dog-
 matica et lexibus humanae originis qui dogmatici
 dicuntur.

Demonstratio.

Ad 1. p. Prima pars iudicat primarium objectum in fallibilis magisterii. Dogmata enim fidei et principia morum sunt via salutis aeternae, quam infallibiliter docere ecclesiam probavimus ex promissione assistentiae Spiritus s. ad docendam omnem veritatem quae Deus revelavit. Jo 14. 16. coll. 16. 13.) „quae cumque Christus mandavit“ a apostolis praedicantibus „evangelium“ solum... Consequenter exponit ecclesiam infallibiliter a) Scripturas s. uti verbum Dei; b) proponit et exponit symbola fidei a) praecepta moralia decalogi. -

Ad 2. Ex nexu logico propositionum oppositarum contradictorio vel contrario, - dijudicatur veritas eorum; similiter cognita universali cognoscitur particularis in ea contenta, iuxta regulas logicas: Duo contradictoria non posse esse simul vera vel falsa; duo contraria posse esse simul falsa non autem vera e.g. homines sunt iusti - nullus homo est iustus. -

Ad 3. Omnia ista principia iudicat ecclesia infal-

libiliter a). de textibus dogmaticis originis humanae e.g. Jansenii liber „Augustinus“, qui agit de doctrina circa gratiam. Potest asserit contradictoria vel contraria de gratia, - ecclesia de sensu objectivo saltem. Solummodo judicare potest. Impossibile enim esset infallibiliter docere doctrinam revelatam eamque custodire et exponere, si non posset ferri sententia de textibus contradictoria vel contraria asserentibus. Agitur de sensu objectivo scilicet, quem verba in se communi interpretationem prae se ferunt. Praeterea, si ecclesia infallibiliter exponit symbola et doctrinam dogmaticam traditionis, quae exhibetur textibus humanae originis, - eadem ratione exponit textus humanos alios. - b), etiam de factis dogmaticis idem valet, quatenus hi ita cum dogmatibus nectuntur, ut ipsi in dubium vocatis vel negatis, in dubium vocarentur vel negarentur ipsum dogma e.g. factum historicum, Concilium Nicenum perverum fuisse suppositum in facto definitionis dogmaticae de divinitate Jesu Christi...

Ex quibus consequitur neque Philosophiam penitus sub-
tractam conseri posse magisterio Ecclesiae.

Philosophiae enim est altissimas de Deo, de mundo, de ho-
mine, de veritate et moralitate solvere quaestiones. Cum ve-
ritas veritati contradicere non possit, ecclesia tradens et
custodiens authentice veritates revelatas de quaestionibus
supra dictis, authentice et infallibiliter iudicat de senten-
tiis oppositis pseudophilosophiae e.g. monisticae vel scepti-
cae. Haec norma negativa fidei non restringit libertatem
quaerendi veri sed errandi. Historia teste constat co-
operationem lucis revelationis et rationis progressum
scientiarum et, — quod magis est — sanae culturae uni-
versae maxime promovisse; rationem vero fidem
derelinquentem in scepticismum et pessimismum in-
cidisse. —

Articulus III. De proprietatibus et notis ecclesiae.

Transiuntur. §1. Proprietates ecclesiae.

Proprietates et notae (vlastnosti a znaky) (Eigenschaf-
ten u. Merkmale) ecclesiae fluunt ex eius constitutione
sive essentia. Aliquas proprietates ex eo, quod ecclesia

societas religiosa est, spectato eius fine et positiva institutione Christi iam exposuimus, scilicet Ecclesiam esse societatem 1) perfectam ratione finis independentis) - 2) hierarchicam, 3) monarchicam - ratione primatus; haec monarchia temperata est aristocratica ordine episcopatus; et democratica, nemo aptus a quocumque gradu hierarchico excluditur. Restat ut breviter ostendamus 4) esse visibilem et 5) necessariam.

Thesis XXVII. Ecclesia Christi est visibilis.

Nemo negare potest ecclesiam materialiter spectatam, prout est societas hominum, esse visibilem. Sed negare coeperunt protestantes ecclesia Christi mediis cognitionis ita manifestari nobis (fieri visibilem), ut cognoscatur vera Christi ecclesia et ab omnibus aliis societatibus discernatur. Notandum vero est, nos non affirmare omnia, quae ad veram ecclesiam spectant, esse a nobis visibilia seu immediate cognoscibilia; affirmamus vero, sicut cognoscimus hominem, secundum corpus visibilem,

secundum animam invisibilem, sicut cognoscere poterant coaequales Christi, eundem Deum - hominem, secundum humanam naturam visibilem, secundum divinam invisibilem, sed per dicta et facta in illa cognoscibilem: — ita esse ecclesiam Christi, secundum externa elementa societatis hominum, — professionem fidei, susceptionem sacramentorum et cultum, visibilem materialiter, et secundum interna bona veritatis et sanctitatis fieri per illa formaliter visibilem. — Haec est enim universalis lex cognitionis nostrae de quocumque objecto etiam corporeo, ut aliqua immediate cognoscantur, alia mediale per illa. —

Argumenta:

1. Christus instituit societatem ecclesiae in praepositis et subditis, in professione fidei, susceptione sacramentorum, frequentando cultum visibilem cum in finem, ut sit organum ordinarium donorum per se invisibilium veritatis et sanctitatis, salutisque finis. Atqui haec voluntas Christi ordinarie, finem hunc assequi debet, licet extraordinarie, et

malitiā singulorum, eterna unio sociatis fieri possit, ita ut interna unio cum Deo non habeatur. Ergo Ecclesia Christi est visibilis. Confirmatur hoc argumentum eo, quod Christus obligavit homines ad querendam salutem per, obedientiam fidei* in ecclesia. (Si quis crediderit..... saluus erit; Marc. 16. Si quis ecclesiam non audierit, sit tanquam ethnicus et publicanus Math. 18. 17....) Ergo debet esse ecclesia ut talis cognoscibilis. —

2. Ecclesia talis est, qualis in Scripturis Veteris et Novi Testamenti et omnibus documentis historicis antiquitatis christianae exhibetur. Atque ecclesia Christi exhibetur uti visibilis. Ergo visibilis est. Tamen sicut Christus per Incarnationem in suo munere prophetae, regis et sacerdotis, tanquam Deus — Homo, visibilis factus est („vidimus gloriam eius“ Jo. I., „Quae vidimus, audivimus de Verbo vitae, annuntiamus“ 1. Jo. 1.), — ita ecclesiam, vicis eius in triplici hoc munere gerentem, fecit visibilem in institutione et constitutione eius, — Scripturae s. Ecclesiam exhibent uti „civitatem in monte positam“ (Math. 5. 4.) uti, montem sublimem, ad quem omnes gentes

conferunt" (Is. 41. 21.); hanc metaphoram applicant ad ecclesiam Basilius, Chrysostomus, Augustinus et alii. Hic (ep. 99) concludit: "Quomodo confidimus ex divinis litteris accepisse nos Christum manifestum, si non inde accepimus Ecclesiam manifestam?" Difficultates solvuntur ex praenotionibus, distinguendo "corpus et animam" ecclesiae, seu membra modo imperfecto et perfecto incorporata.

Et eodem principio solvitur difficultas petita ex Jer. 31. 33: "Dabo legem meam in visceribus eorum et in corde eorum scribam illam.....; et Jo. 4. 23: "Venit hora..... quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate" — in quibus simul opponitur perfectio Novi Testamenti prae Testamento Vetere.

Scholion:

Et triplici vinculo sociali quo uniantur fideles in Ecclesia: magisterio, regimine et sacerdotio — sequitur a.) membrum esse saltem materialiter et "secundum corpus" ecclesiae, quicumque triplici hoc vinculo organice "corpori mystico" Christi inseritur. b.) qui cooperando, uti obligatur, simul effectum huius instituti Christi experitur, veritate

illustratus et gratia sanctificatus, est membrum ecclesiae etiam formaliter seu, secundum animam" etiam spectat ad ecclesiam.

e.) Si malitiā sua singuli possunt pertinere ad „corpus" et non pertinere „ad animam" ecclesiae: — ita et invincibili, ideoque inculpabili, ignorantia ecclesiae, possunt pertinere etiam iudaei et gentes ad animam ecclesiae, licet non pertineant ad corpus, cuius organon supplet creator et Salvator Deus immediate illustrando et sanctificando hominem, naturalem legem sequentem.

Quapropter inter duo extrema, beatos in caelis et damnatos in inferis, variū sunt gradus membrorum ecclesiae: peccatores, uniti adhuc vinculo fidei — membra imperfecta; charitate formati fideles — membra perfecta (sancti), usque ad finem perseverantes (praedestinati)". Erravit Ihus praedestinos solos (post Wiclefum et sequente Calvino) membra esse ecclesiae docens. Et hisce principiis solvitur quaestio an: catechumeni, haeretici et schismatici nec non excommunicati spectent ad ecclesiam. —

Thesis XXVII.Ecclesia est societas necessaria.

Sensus Thesis est: Ecclesiam esse omnibus hominibus ad consequendam salutem necessariam seu infra notum dictum, „extra ecclesiam non est salus.“

I. Quaestio, an sit ita?

Arg. 1. per modum corollarii et fine ecclesiae a Christo statuto (Marc. 16. 16. Jo. 35. 10. 16. Math. 10. 24. 18. 7. 28. 19. Luc. 10. 16. quapropter in ep. ad Tit. 3. 11. de haeretico dicit Paulus: „Subversus est, qui eiusmodi est et deliquit, cum sit proprio iudicio damnatus.“

Arg. 2. et sensu totius antiquitatis christianae: e.g. s. Ignatius (ad Philad.): „Quotquot Dei et Jesu Christi sunt, hi sunt cum Episcopo. Ne cretis fratres mei, si quis schisma facientem sectatur, regni divini haereditatem non consequitur.“

Jeromus (adv. haer. l. 4. c. 32): „Quae sunt extra ecclesiam sunt extra veritatem.“ Oriq. (hom. in Jos.): „Nemo seipsum decipiat; extra hunc modum i. e. extra ecclesiam nemo salvatur. Nam si quis foras egerit, mortis suae ipse fit reus.“ Cyprianus (de

unib. eed. e. b.): Quisquis ab ecclesia segregatus a-
dulterae iungitur; a promissis ecclesiae separatur
 neque perveniet ad Christi praemia, qui reliquit eccle-
 siam Christi. Alienus est, profanus est, hostis est.
Haber. non potest Deum patrem, qui ecclesiam non
habet matrem."

Augustinus (contra Donatistas in Ps. 88.): Quid prodest
 si Deum confiteris, Deum honoras, ipsum praedicas,
 filium eius agnoscis..... blasphemus (vero) ecclesiam?

Tenele ergo carissimi, tenele omnes unanimesiter
Deum patrem et matrem ecclesiam."

Conc. Lot. IV. ad. Albigenses: „Una est fidelium univer-
 salis ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur!"

Et Conc. Florentinum (decr. pro Jacobitis): „Neque paganos,
 neque Iudaeos, neque haereticos, neque schismaticos,
 extra ecclesiam salvantur."

Quaestio II. Quomodo sit. —

Ratio necessitatis est: 1^a): quia ecclesia est medium
 salutis; 2^a): quia ita est a Christo praecipuum. Alqui
 illud medium in adultis per charitatem suppleunt;
 a praecipuo ignorantia invincibilis excusat. Ergo qui

inculpabiliter sunt extra ecclesiam nihilominus salvari possunt. Sensus itaque illius „extra ecclesiam nulla salus“ est: Qui sciens et volens extra ecclesiam est, vel non ingrediendo in eam, vel deserendo eam salvari non potest, si sic permanserit.

Confirmatur hic sensus ex universali voluntate salvifica Dei (1. Tim. 2.1. uq.) quoad adultos. — Tales spectant ad „animam ecclesiae“, gem (evangelicam) scriptam non habentes, haben. — et sequuntur — „opus legis scriptum in cordibus suis.“ (Rom. 2.14.) Hoc sensu semper in communi consensu veritatem intellectam fuisse probat:

1, Inter Patres August. a., quoad catechumenos charitatem habentes, si moriuntur „tunc impletur invisibiliter (effectus baptismi) cum ministerium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit“ (de bapt. l.4) Praeterea (Brev. coll. cum Donat.) comparat aeternam ecclesiae institutionem et internam gratiam — cum homine exteriori et interiori, quae cum sint diversa, non tamen dici duos homines diversos.“ Ambrosius (Consolatio de obitu Valentiani) catechumeni, hunc sua pietas abluat et

voluntas."

261

- 2.) de medio aeo - consensus theologorum innotescit et nota distinctione „baptismi fluminis, fluminis et sanguinis" seu realis susceptio sacramenti baptismi (fluminis) suppletur in adultis per charitatem probatam voto (desiderio - „flamine" baptismi) vel martyrio („sanguine"). S. Thomae doctrina est S. Inod II. q. 66. et de verif. q. 14.
- 3.) Recenti tempore idem docet allocutio Fii IX. 1854.
 - a.) Tenendum est et fide, extra ecclesiam Rom. saluum fieri neminem posse; b.) sed, qui verae religionis ignorantia laborant, si ea sit inevitabilis, nulla ipsos obstringi huius rei culpa ante oculos Domini."
- Scholion. 1. Indifferentismus - prout Syllabi propp. 15. 16. 17. 18. damnatur - asserens, quamlibet religionem eligere homini esse liberum, vel protestantismum aequae ac catholicismum esse religionis christianaee formam aequivalentem, - falsus est, Christo iniuriosus et hominibus damnosus.
- 2.) Tolerantia - a, religiosa theoretica eo unum, ac si quaelibet religio esset eiusdem iuris ac valoris et non hominibus non solum physice (politice) liberum esse sed etiam moraliter, eligere pro lubitu, —

- absurda aequè est dicere veritatem et errorem eisdem esse valoris. Diversae enim religiones contradictoria et contraria in plurimis exhibent. - Subest theoria philosophiae criticismi et scepticismi Deum et quae ad religionem spectant, spectare ad phantasiam et sensum (cit, Gefühl), non vero ad scientiam, (Agnosticismus) Tolerantia vero b, politica, respiciens personas concivium, quibus a statu pacis libertas cultus data est, propter bonum pacis et concordiae in rebus civilibus, quoad autoritatem politicam, licita est et obligatoria infra rerum adiuncta et quoad concivis est exercenda et motivo charitatis: erga errantes, manente obligatione charitatis, pro diversis circumstantiis in theologia morali exponendis, „ignorantes docere“, omnemque formalem cooperationem vitare. - Conferatur Rom. 16, 17, ad Tit. 3, 10, 1. Tim. 4, 2, Gal. 1, 2, et 2 Jo. 1, 10.

Scholion. 1. Quae contra tolerantiam politicam ecclesiae catholicae, imprimis medio aevò, obiciuntur, negligunt: 1. factum, imperatores romanos Constanti-nopoli aequè ac imperatores s. imperii romano-germanici religionem catholicam habuisse religionem status et haeresiam proinde simul uti crimen contra rem publicam poenis satis barbaris codicis civilis illius temporis punivisse. Haeretici uti rebeldes contra maiestatem regis habebantur applicata „lege Julia Majestatis“; - Denuntiatio haeticorum innitur L. 7. 8. 4. Dig. XLVIII. 4. ad leges Jul. Majestatum processus L. 3. 4. cod. IX. 8. -

mortis poena L. 5. Cod. II. 8. (Just. IV. 18.3.) et bonorum confiscatio L. 5. Cod. II. 8.

2. Inquisitionem hispanicam, sub Isabella cath.; oriam esse postulante decreto lato per Cortes (Toledo) 1474, ad defendendam rem publicam contra Judaeos et Mauros. Contra haereticos; et Francia irruentes sub Philippo II inquisitio, tanquam institutum status introductum est aequi ac contra Abigens in Gallia australi actis comitiorum Parisiensium 1282. Quoniam causae inquisitionis erant „fori mixti“ i. e. crimen contra fidem et poena statuenda a lege civili, assumebantur personae ecclesiasticae, quae rigorem et crudelitatem indicis laici mitigabant.
3. Facta aevi, res saeculis distantis, in rebus historicis culturae illius temporis sunt dindicanda.
4. Principium indifferentismi et tolerantiae modernae, expressum verbis Fridrici I. Borussiae regis: „Jeder könne nach eigener facon selig werden“ — a.) originem non habet a Protestantismo (confer. Melanchth. Loc. theol., confer. Helvet. —; confer. Belg. etiam schismatici Maerians) sed a philosophia aevi 18. b.) esse in se obstruam et societati mortiferam, cum etiam anarchistae conscientiae liberae dictamen praeculant, — Vera conscientiae libertas supponit religionis veritatem, cui conformatur voluntas ratione directa. — Non datur tertium praeter hanc alternativam: aut obiectiva veritas religionis, legisque divinae, ubi normae ultimae cum libertate conscientiae, —

aut omnipotentia legis status cum coactione conscientiae.

Ultimam alternativam amplectitur J. Russeau (cont. social. liv. IV. chap. 8.), eumque sequitur „liberalismus“ modernus, auctor tyrannidae conscientiae, quam „Kulturkampf“ appellat sc. bellum contra culturam christianam.

5) Comparatur facta, critice distincta a factis, quae falso imputantur ecclesiae catholicae, cum factis persecutionis catholicorum, in regnis cum regimine protestantico eiusdem epochae e.g. in Anglia sub Henrico VIII., Elisabetha et sa, attendantur principia religiosa et utraque parte et veritas liberabit omnes qui sunt bonae voluntatis, reducens eos ad matrem ecclesiam ante pauca saecula relictam. —

6) „Causis criminalis, seu de processibus contra sagas, (upalovani čarodějnic, Hexenprocesse) liber ad magistratus Germaniae hoc tempore necessarius“ a F. Friderico Spee. S. J. * 1591. — et indolem huius epidemiae psychicae saec. XVII. et apologiam ecclesiae cath. circa hoc credens generis humani continet. — Thomasius (1701): post 70 annos in evadenda hac superstitione accessit socius. Magia versus finem saec. 15^{ti} speciem mali socialis induit. Eadem mederi studuit

Innocentius VIII. Bulla contra sagas, ne indices laici praecipites sententias mortis proferant. — Degeneratio moralis, summa paupertas materialis, et superstitiosa opinio de absoluta potentia diaboli in „seruum hominis arbitrium“ per Lutherum praedicatum, erant dispositiones et causae terribilis huius mali socialis.

§. 2. De notis ecclesiae.

Praenotiones: Notae (znaky, Merkmale,) — ecclesiae sunt tales proprietates eiusdem, quae facile cognoscuntur et cognitae auctunt ad cognitionem et distinctionem verae ecclesiae Christi a qualibet societate alia falsa ita appellata. Quapropter ecclesiae notae debent esse a) verae ecclesiae essentiales, b) unice propriae et c) externe visibiles (cognoscibiles). —

In symbolo Nicaeno-Constantinopolitano enumerantur (positivè) notae quattuor, verbis: „Credo in unam, sanctam, catholicam et apostolicam ecclesiam“. Ordine mutato derivantur ex essentia ecclesiae hoc modo: Si attendamus 1, tò fieri (ortum) ecclesiae Christi — est apostolica; si 4, factum esse seu constitutionem — est una; si 3, eius agere, et quidem a) ratione intensitatis — est sancta; b) ratione extensionis — 4, est catholica. Hisce statuimus praemissam maiorem syllogismi sequentis: Vera ecclesia Christi debet esse una, sancta, catholica et apostolica. (Maior).

Quoniam ecclesia, cuius caput est Romanus Pontifex cum potestate plena primatus iurisdictionis, est A.) una, sancta, catholica et apostolica, B.) eaque sola has notas exhibet. Ergo illa sola est vera ecclesia Dei. — In ulteriore demonstratione maioris videndum est, ut sensus singularum notarum et fontibus revelationis (Scriptura et traditione) idem esse demonstraretur, quo in minore hasce notas ecclesiae Romanae inesse constat. Jam vero:

b) Apostolicitas ecclesiae — sensu latiore significat tria: a.) originem — ab apostolis et b.) simul successionem continuam — quoad subiectum; c.) inde consequentem doctrinam et constitutionem integre conservatam.

Sensu strictiore, prout est ecclesiae nota, significat successionem continuam doctrinam formalem et materiale. — Formalem dicimus cum Tertulliano (de praeser.) cum de facto succedens (episcopus) „cum apostolis perseveravit” in organica coniunctione cum principio vitae sociali cum primatu. Per hanc coniunctionem habetur mediata apostolicitas etiam in sedibus postapostolicis, quarum primus episcopus non erat apostolus. — Elementum ecclesiae per se invisibile et difficiliter cognoscibile — vera fides — fit visibile per continuam seriem doctrinam in unitate cum petra et, fratre confirmante. Hanc „missio” apostolica” seu „successio episcoporum” innixa in radice missionis Illius, qui dixit: „Sicut misit me Pater, ita et ego mitto vos”, — est probatio manifestissima et evidenter capivi accommodata ad probandam apostolo-

licitatem doctrinae ipsius.

Missio extraordinaria esset signis miraculorum probanda, sicut de prophetis V. T. novimus accidisse. Hoc sensu intellectam fuisse antiquitus apostolicitatem ubi notam verae ecclesiae, probatum:

1. illis Scripturae locis, quibus apostoli eorumque immediati successores, iique soli exhibentur magistri et praepositi ecclesiae. — Conferantur dicta de Petro reliquisque apostolis in praecedentibus, etel. 14. v. de institutione ecclesiarum Asiae min., Tit. 1.5. in Creta Timotheus. Ephesi etc.

2. Traditionis testes sunt, quotquot attulimus (paq. ad probandam hierarchiam et paq. ... ad probandum organum authenticum conservandae et propagandae revelationis. e. g. Irenaeus (adv. haer. 3.3.) dum docet sequendam esse doctrinam apostolicam, eam vero cognosci ex successione apostolica, imprimis in ecclesia Romana, cum qua, convenire debent omnes!...

et Ambrosius (in Ps. 40.): „Ubi Petrus, ibi ecclesia.“ —

Efficacissima hanc notam exponit Jerulianus in „Opere, de praescriptione“ confer. II. ec. Item Cyprianus (ep. 76.) et Augustinus et Hieronymus (contra Lucif.): „In ea ecclesia permanendum est, quae, ab apostolis fundata usque ad hanc diem durat.“

Thesis XXVIII. Ecclesia Romana sola est apostolica.

Demonstratio — 1^o positiva: Romanam ecclesiam esse apostolicam, consequitur ex dictis de hierarchia et primatu, quibus

exhibetur successio apostolorum immediata (Romae) et mediata in reliquis sedibus per necessariam unionem cum „petra.“ - Historia testis est huius successionis continuae formalis in ecclesia Romana. Ergo eadem est vera ecclesia Christi. - 2^o ecclesias a) antiquiores, Nestorianorum, Monophysitarum et ecclesiam graecam schismaticam per Photium et Michaelem Laerularium saec. IX et X. avulsam) et b) societates protestantium vel eccl. Anglicanam - non esse apostolicas, patet:

a) de facto - ex violenta separatione (σχιζμῷ) ab ecclesiae primitivae principio vitati et fundamento; historia annos defectionis et personas, eius auctores, tum in oriente tum in occidente indicat.

β) de iure continua unitas excluditur et eorum principis negante auctoritatem sedis Romanae, ideoque excludente apostolicitatem formalem, etsi materialis successio in potestate ordinis in ecclesia graeca schismatica habeatur. Hinc solvitur obiectio (W. Palmer, Treatis I): ecclesias orientales derivatas esse ab ecclesiis antiquissimis christianis illarum regionum, ideoque esse apostolicas. Resp: ecclesiae illae orientales fuere catholicae, sed non amplius sunt, seu fundatae quidem apostolicae, usque ad hunc diem non durant. (Hieron.); ita quoque partes Americae septentrionalis fuerunt regni Britannici partes - sed non amplius sunt. - Neque de eo agitur, utrum deficiens pars maior sit vel minor, —

sed quaeritur, ubi sit auctoritas originalis apostolorum continua successione in communione cum, radice et matrice unitatis⁹ socialis (Cyprianus). — Manifestior adhuc est defectio ecclesiae Anglicanae ab ecclesia universali a, ob violentam separationem a Henrico VIII. effectam b, successio ordinis episcopatus ideoque ordinationes validae habentur in ecclesia Anglicana, propter violentam interruptionem successionis episcoporum; c, defectu integritatis fidei longe maiore apud Anglicanos quam Graecos. In apostolicitate radices habent reliquae notae ecclesiae imprimis:

II. Unitas. 1, Notis unitatis — prout est nota ecclesiae — exhibet a, unitatem individuae societatis, quae oritur ex triplici vinculo auctoritatis docendi, regendi et sanctificandi; b, unitatem fidei et cultus, quae ex unitate illius principii auctoritatis infallibilis oritur. Prout symbolis, ritu cultuque externo sacramentorum et sacrificii facile cognoscibilis et ecclesiae essentialis est — nota eiusdem habetur.

2, Probatum — ex Scriptura Jo. 17. ubi Christus, summus sacerdos, efficaciter orat Patrem petens, ut omnes sint unum. Eph. 4.5. „Unus Dominus, una fides, unum baptisma; nec non eadem ep., ubi Paulus ecclesiam exhibet sub imagine „corporis Christi,“ corporis organici, vivificati ab unico principio vitali, etiam 1. Cor. 12.13. ... in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus. Item parabola frequentes, quibus exhibetur ecclesia ubi regnum

⁹ Orientali graeca, non habentur in ecclesia Anglica...

ovile, civitas (Jo. 10. 16. 11. 51), vilis cum permissibus (Jo. 15. 5), domus fundatae in petra (Mth. 16.). Patres testantur unitatem individualement unitatis societatis ecclesiasticae sua doctrina de principio formali, obedientiae fidei. (Conf. Thes. VII. abthes. XXIII). Haec doctrina adeo communi exhibetur unitas ecclesiae vere non solum de facto, sed etiam de iure, quatenus essentiale est principium unitatis in auctoritate infallibili et in primatu generalium, quod efficacia sua membra ecclesiae secundum naturam ratione diversa (materiale elementum) unit et in unitatem fidei et cultus assimilat, ciciens membra sibi aliena i corpore sociali per excommunicationem (1. Cor. 5. 3; 1. Tim. 1. 4) ac incestuosos et ca.)

Thesis XXIX. Ecclesia Romano-catholica sola est una.

Demonstratur 1. ex eo, quod ipsi soli inest principium unitatis socialis in primatu et magisterio infallibili; unde unitas huius ecclesiae de iure seu necessario exoritur.

2. de facto manifestabatur haec unitas communionem episcoporum cum Pontifice Rom. ut testantur:

a. ὑπάλληλα κοινωμένα, ἐπίσκοποι ἐκδοθέντες, ἁ, diplycha, quibus continebantur nomina orthodoxorum episcoporum, pacem et unitatem cum ecclesia habentium;

γ,) litterae formatae et immediatae, δ,) litterae encyclicae, ε,) communio in sacris, ζ,) concilia oecumenica, — η,) Inde consequens unitas professionis fidei (in symbolis) et exercitii cultus aeterni (sacrificio missae et sacramentorum administratione) prout liberi rituales ubique terrarum et gentium probant. Quodsi obiciatur dissensus etiam circa veritates revelatas et dissidium sociale in ecclesia Romana. —

Ausp.: Distinguendo α,) fidem implicitam seu habitum fidei, qui est prompta voluntas firmo assensu mentis admittendi, quaecumque ubi veritas revelata legitima auctoritate proponitur, — in eo habetur unitas omnium fidelium; et β,) fidem explicitam in articulos fidei aperte promulgatos per magisterium authenticum; in his habetur differentia fidelium iuxta tempora evolutionis fidei (subiectivae) et capacitatem et exercitium mentis singulorum. — Antequam veritas explicite proponatur, possunt praecedere et revera saepe praecedunt stadia simplicis fidei magis practicae quam theoreticae; deinde ortus dubis, — stadium controversiae, donec perveniat ad fidem explicitam. Hinc non omnis error circa fidem est haeresis formalis.

Scholion. Ex his etiam apparet unitatem principiorum circa fidem et mores conciliari cum diversitate disciplinae et ritus aliarumque legum positivarum, quae locis, temporibus, nationibus etc. accommodatae sunt. —

- A.) 3. Unitas ecclesiae orientalis de facto desit cum dividitur a; in ecclesiam russicam, cui imperator Petrus Magnus „Sanctam Synodum“ praefecit, proprie vero caesaropapismum instituit (a. 1721); b; ecclesiae Graecor sub patriarcha Constantinopoli residente et c; ecclesia regni graeci. cui (a. 1833.) gubernium civile „Permanentem Synodum“ supremum regimen ecclesiasticum instituit. — tunc apostolicitate scinditur unitas. In ecclesia russica plurimi dissidentes (nozholnici) caesaropapismo resistunt.
- B.) Unio protestantes et Anglicanos praecipuas sectas ipsi enumerant hasce: Lutherani, Anglicani, evangelici uniti (in Borussia), Calvinistae, methodistae, presbyteriani, baptistae. Harum vero singulae unitatem non servant, sed urgente eodem principio „Spiritus privati“ seu subiectivismi, per Lutherum statuti, in partes innumeras scinduntur. „Whitaker almanac“ in Anglia sola enumerat ad 200 sectas protestantes. (Confer Dollinger: „Kirche u. Kirchen“). Factum hoc continuae dissolutionis progreditur a catholicismo ad christianismum orthodoxorum protestantium, inde ad rationalismum, et labitur in sensualismum et materialismum. Facto subest principium illud subiectivismi rationalistici, quorum unitas, deficiente norma fidei obiectiva, conciliari nequit. —

Scholion. Neque disimulatio articulorum fundamenta-
linum et „non fundamentalium“ a protestantibus inuenta
quidquam ad unitatem servandam saltem in fun-
damentalibus profuit. Nulla enim adest norma obiecti-
va talis distinctionis, quam protestantes frustra in
Scriptura quaerunt.

Neque tandem conanima uniendo protestantes a gu-
bernis civili Borussiae suscepta illum fructum ha-
buerunt. Res eo usque pervenit, ut neque Divinitas
Jesu Christi habeatur amplius articulus fundamen-
talis et necessarius, Symbolo apostolico iam dere-
lictis. — Conferat. Generalem synodum Osnabruck,
a. 1872. et Mosheim (+ 1755.). Institutionum hist.
eccl. antiquae et recent. II. 4. Hergenrother, Th. Quae. I.
S. 951.)

III. Sanctitatis — 1.) notio formalis est in confor-
mitate actionum humanarum et consequenter vitae
rationalis cum obiectiva norma moralitatis ra-
tione et revelatione proposita; ideoque in ultima
radice in conformitate hominis cum Deo sanctissimo.
Gradus summus eiusdem in statu viae est virtus
heroica. Haec sanctitas per se invisibilis connatura-
liter manifestatur visibiliter a) exercitio virtutum
supernaturalium in gradu heroico; b) continua
manifestatione charismatum donorum Spiritus
s. (de quibus 1 Cor. 12. 7. seqq. — Id patet quoad:

a) ex Is. 71.4: „Orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis“. Ob. 3: „Et vocabunt eos populus sanctus.“
 In N. S. fideles passim „ignoti sancti“ vocantur et appellationes ecclesiae „corpus vera sponsa Christi“ (dph.) sanctitatem ei debitam manifestat, quoad b) Charismata futura esse signa verae ecclesiae a) promisit Dominus (Marc. 16.17, Jo. 14.12), B) Patres frequenter ad ea provocant (e.g. Tertullus. I. 31). Non possunt haeretici ecclesis dare visum etc. c) Actus et epistolae apostolorum idem confirmant.

2) Metonymice transferitur denominationis sanctitatis ad personas, res et loca, quae sunt cum sanctificatione hominum connexa - e.g. sacerdotes, templa, imprimis sacramenta.

3) Ecclesiam Christi debere esse sanctam patet a) ex eius auctore Deo - homine Christo, b) ex eius fine c) ex mediis (potestate remittendi peccata et conferendi gratiam.)

Distingui debet a) sanctificandi potestas ecclesiae et b) realis effectus, qui pendet etiam a libera cooperatione hominum.

Thesis III. Ecclesia romano-cath. est sancta.

Probatum 1. Ex iis, quae de dogmate et moribus integre custoditis quoad theoriam per magisterium authenticum ecclesiae rom. - cathol. dicta sunt. Neque vi neque emolumento a veritate averti potuit.

2.) Quae de sacramentis et missae sacrificio, ubi fontibus sanctificationis ecclesiae catholicae custodit et dispensat.

3.) et continua serie sanctorum et charismatum usque ad hodiernum diem (e.g. prope Lourdes), ubi historia ecclesiastica testis est et processus sanctificationis sanctorum comprobant. Pro saeculo XVI., cum novatores corruptelam morum causam suae rebellionis praetendebant, extulerunt insignes sancti in ecclesia rom. — catholica, quales sunt Pius V., Carolus Borromeus, Philippus Neri, Ignatius, Franciscus Javierus, Franciscus Borgia, Stanislaus Kostka, Aloisius, Theresia, Joannes a Cruce et plurimi alii. Ultimis diebus b. J. Barrat, i. congregat. ss. Cordis Jesu, s. Clem. Hoffbauer, i. congr. Redemptoris sanctissimi, cultum sanctorum meruit.

4.) E contrario protestantismus negat: 1.) in ordine historico hominis libertatem indifferentiae (Confer Lutheri, de seruo arbitrio) et 2.) in ordine gratiae stultitiam iustificationem (sprawiedliwosc, odpuścienie wicich) per imputationem mere externam per solam fidem exclusis operibus bonis hominis; 3.) dissolutionem morum inde necessario consequentem, ipse Lutherus et qui eum secuti sunt, agnoverunt. (Confer Jansen. Gesch. d. deutsche. Volkes). Felicitas inconsequentiae et legi inertiae, qua populi in haeresim obrepti, perseverabant in moribus.

christianis; quos ab ecclesia cath. didicerant, tri-
buendum est, quod degeneratio prior non subsequuta
est. —

5.) De auctoribus eorum orientalium. Photio, laerula-
rio et Petro Magno — nemo dubitat, qui historiam
novit, non posse dici sanctos. Ecclesia graeca, antea
fertilis mater sanctorum, post schisma nullum virum
sanctitate magnum protulit.

Scholion. Media sanctificationis, doctrina et ethi-
ca christiana imprimis sacramenta, quae ab eccle-
sia primitiva etiam sectae ab ea recedentes retinent,
non reddunt easdem sanctas, — quia propria sunt
unius tantum ecclesiae Christi, ut etiam Augusti-
nus (contra Gaudent, Donatistam l. 2. habet: Non
vobis blandimini, quod baptismum non rescindimus
vestrum, non est hoc vestrum, sed ecclesiae catholi-
cae, quam tenemus, unde illum, quando discessitis,
non quidem ad salutem, sed ad perniciem vestram
vobiscum tulistis?

Thesis XIII. Ecclesia rom.-cath. est catholica.

Catholicitatis — i. notio secundum etymologiam καθ' ὄλον universalitatem quandam etiam apud pro-
fanos significat e.g. καθολικὴ ἰστορία = vniuersalé
svétoví dějiny, universales ideae (Arist.) De ecclesia
Christi primus s. Ignatius M. (ep. ad Smyrn.) uti-
tur hac voce ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. —

2.) Si ipsam rem ostendimus, iam ex hac etymologia „universalitas“ non potest esse nisi a) unius eiusdem rei scilicet revelatae veritatis versus alia omnes extensio. dum hac catholicitate seu universalitate doctrinae revelatae pro omnibus hominibus cohaeret, ubi effectus, b) universalitas loci et c) universalitas temporum. Hoc sensu habet catholicitas, imprimis loci, quia facile cognoscibilis et verae ecclesiae essentialis, rationem notae tum negativae tum positivae. — Omnia simul comprehenduntur verbis Domini (Math. 28. 19): Euntes in mundum universum docete omnes gentes. Ego vobiscum usque ad consummationem saeculi... Augustinus (Ps. 96.) docet ecclesiam veram extendi ad omnia tempora, ab Adam usque ad finem mundi!

3.) Distingui autem debet 1.) catholicitas facti et intis. Illud actuale diffusionem, hoc potentiam et destinationem universalis diffusionis significat; 2.) moralis et physica scilicet, cum dicitur ecclesia catholica, non ignitur, ut physice omnes homines sint catholici, sed ratio magna, specialis pars; 3.) simultanea et successiva, requiritur simultanea cum destinatione successiva et efficacis propagationis; 4.) absoluta et relativa. Ratio notae positivae in concreto (historice) consideratae erigit a) ratione loci, ut diffusio successiva incipiat a Ierosolymis (Act. 13.) „Eratis mihi testes in Ierosolymis et in omni Iudaea et Samaria

et usque ad ultimum terrae. Non Augustinus (de unit. eccl. c. 11).
 b) ecclesia prout est societas religiosorum, ut sua initia Hierosolymis
 habeat, ideoque non sufficit ostendere doctrinam, quam tenet
 e.g. ecclesia graeca coepit non propagari Hierosolymis cum regi-
men ecclesiasticum coepit alio loco aliquo tempore. c) ratione
hominum ita diffundi debet, ut incipiat a Judaeis et gentibus
 unendis in unam societatem (ecclesiam). Act. 13. 14: "Vobis
 oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repel-
 litis illud... ecce convertimur ad gentes. Hoc iam Tertull.
 (de praescr. c. 42) urget contra haereticos exprobandis eis, esse
 negotium non ethnicos convertendi sed nostros evellendi...
 Nostri suffodiunt, ut sua aedificent, quae de omnibus coeli-
 bus ab ecclesia abeissis valent. - d) diffusio ecclesiae verae et
continua, ideo coetus aliquis, licet forte numero maior omnibus
 aliis, si ortus est posteriore tempore, non potest dici catholicus.
Demonstratio Thes. 1.

1. Ecclesiam romano-catholicam sensu exposito esse ca-
 tholicam patet ex eo, quod, catholica estasis ejus nomen pro-
 prium, ita ut teste Augustino (de vera relig. n. 12), "jpsi haer-

religi velint nolint - ita eam appellare debeant, si volumus intelligi. Cum catholicitate nexa est unitas ita ut „ecclesia” κατ' ἐξοχήν - ecclesia romano-catholica intelligatur. Reliqui coetus christiani cum addito suae particularitatis (nationalismi) nominantur e.g. ecclesia „evangelica”, „Lutherana”, „Helvetica” etc. (Conf. Döllinger, Kirche und Ketzerei ..)

2^o e consensu Patrum, quorum e.g. Cyillus Hieros (catech. 18) catechumenos instruit, ut peregrinantes nomine „catholica” quaerant veram ecclesiam. Iacianus (ad Sempron. ep. 1): „Christianus mihi nomen, catholicus cognomen.” Simili modo Justinus M. (dial. c. Tryph), Epiphanius (haeres.) Irenaeus, Lactantius, Gregorius Nyss. (e. Apollin), Eusebius et al. - nominantur in controversia cum Donatistis.

3^o E. Vel. et N. Test. allegant Patres illa loca, quibus regnum Messianum universale praedicatur, et regia potestas Christi sempiterna et universalis - Conf. pag. 81.

4^o Statistica docet a) ecclesiam romano-catholicam relative superare numero membrorum (c. 250 milliones) omnes reliquos coetus christianos simul sumptos (protestantes 140 mill. russos 90 mill, monophysitas 5 1/2 mill; Nestorianos 1/2 mill ... b) instituta Congregationis „de Propaganda fide”, continuo numerum

catholicorum crescere et deficientes suppleri augmento u-
beriore ita, ut in omnibus terrae partibus aspectabilis nu-
merus catholicorum habeatur. In hac diffusione magis
quam in numero quaerenda est catholicitas, uti iam
auctor velutissimus (in ep. ad Diog. n. 6) observat: „Quod
est in corpore anima, hoc sunt in mundo christiani; ani-
mas dispersa est per omnia membra corporis; et christiani
dispersi sunt per mundi civitates.“ -

Conferantur dicta de propagatione revelationis, quae in
concreto valent de ecclesia romano-catholica.

B. Contra de Protestantismo et schismate post separa-
tionum saec. IX. (schisma), et XI. (protest.) et XII. (rusk.) neque sumi-
las in omnibus; 2) neque continua diffusio prout societates
sunt a Hierosolymis, incipiendo a Judaeis et gentilibus -
sed a Witenberg (XVI) vel Moscovia (1588) separato patriarcha-
tu ab universali ecclesia, cum qua usque ad saec. XII. uniti erant
Russi. Dum ordo episcoporum et sacerdotum, valor sacramen-
torum cum relativa integritate depositi fidei in ecclesia orienta-
li servatur - interrupta est ipsa hierarchica successio in „High
church“ anglica. (Confer de ordinatione A. Ep. Parker invalida

vel certe dubia, Kirchenlexikon Weber, 9 Bd. W. Parker)

Scholion 1. Brevitati synoptice consulentes ea, quae de regula fidei sectione ultima dicenda essent, in praecedentibus praecipuimus. - Haec Concil. Valic. De fide cath. cap. 3. ita complectitur: Porro fide divina et catholica ea omnia sunt credenda, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur et ab ecclesia, sive solenni iudicio sive ordinario et ex universalis magisterio tanquam divinitus revelata proponuntur. Ex hisce sequitur: fide divina et sola credenda sunt ea, quae ecclesia fidelibus credenda proponit. Ideoque omnis actus fidei supponit duo-^{1^{um}}: revelationem divinam et ^{2^{um}} propositionem ecclesiae. Ad ^{1^{um}} revelatio divina continentur in s. Scriptura („verbo Dei scripto“) et traditione („verbo Dei tradito“) et est objectum materiale et formale fidei, seu: regula fidei catholicae remota, mediata, intrinseca et constitutiva). Ad ^{2^{um}} Ecclesia, quae revelationem sive per s. Scripturam sive per traditionem accepit, et sub assistentia Spiritus s. infallibiliter custodit et exponit, non est ratio formalis et ultima resolutio fidei, (- haec enim solus Deus esse potest, „credimus enim, propter auctoritatem Dei loquentis“) - sed est regula fidei

catholicae proxima, immediata, extrinseca directiva. -

De ecclesia, uti regula proxima fidei catholicae, diximus exponentes „principium formale catholicum” scil. obedientiam fidei et principium protestantium contrarium „soliis scripturae sensu individuali, privato explicanda”. Confer dicta pag. 46. Thes. VI. et pag. 140. Thes. XII. de infallibilitate ecclesiae nec nov. de infallibilitate Rom. Pontificis pag. 205. Thes. XIII. et pag. 25. de analysi aelus fidei. -

Modum proponendi doctrinam revelatam esse duplicem a) extraordinarium sive definitione pontificis Romani ex cathedra sive definitione concilii oecumenici. - b) ordinarium, pro exercitio triplicis muneris docendi, regendi et sanctificandi iam pag. Thes. XIII. exposuimus. -

Doctrinam de Scriptura, sicut inspirata verbum Dei scriptum continet, disciplinae biblicae proponunt, ad quas remittimus. -

De traditione, quae expressae sunt et. ec. supra, supplementa sunt additis principiis de Patrum auctoritate.

Scholion. (De auctoritate Patrum.)

Notionem, Patris” hae notae. constituant in) doctrina orthodoxa, b) sanctitas vitae, - c) antiquitas. Qui, scriptores ecclesiastici” dicuntur - antiquitate et eruditione eminent sed sive orthodoxia

doctrinas sive vitae aliquatenus deficient. Eiusmodi sunt Iulianus, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Arnobius, Lactantius, Eusebius Caesariensis, Theodoretus Cyrensis, Rufinus et alii. Antiquitatis limes statuitur cum Patribus Gregorio M (+ 604) et S. Jo. Damasceno (+ 764). - Posterioribus viris ecclesiasticis, saevitate et doctrina eminentibus, titulus Doctoris ecclesiae concessus est. -

Inter Patres pro excellentiam Doctores ecclesiae occidentalis nominantur 4: Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, et similes in ecclesia orientali 4: Athanasius, Basilus, Gregorius Nazianzenus et Joannes Chrysostomus. -

De Patrum auctoritate tenendum est principium: Unanimis consensus p. Patrum in rebus fidei et morum est certum argumentum theologicum. -

Idem theoretice et practice docuerunt 1^o concilia oecumenica: Nicaenum I, Constantinopolitanum (I. II. et III.) Ephesinum, Lateranense (a. 649), in primis Tridentinum juxta unanimem Patrum consensum etiam s. Scripturam esse interpretandum. -

2. Scriptores catholici unanimis - revelationem Patrum auctoritate probantes. Scholastici mediaevi ipsi titulis

suorum operum id testantur: „Sententiae“ „Libri sententiarum“ quod decursu solius tractatus praeci exhibuimus et disciplina dogmatica comprobat.

3. Idem patet ex duplici relatione Patrum ad infallibile magistrum ecclesiae (seu si theologice spectantur): a) sunt enim doctores authentici, quatenus plurimi eorum erant episcopi; b) testes traditionis divinae authentici. Ex hinc usque diel patet, si unanimi consensui ss. Patrum error subesse potest de rebus fidei et morum, — exorsit ipsa ecclesia in ipsis conciliis oecumenicis professi „se sequi vestigia Patrum“.

4. Tandem si Patres philosophico, seu historice spectantur, cum de eorum scientia et veracitate circa res fidei et morum constat, habentur condiciones, quas logico-critica ad testimonium fide dignum exigib. Negata auctoritate Patrum, neganda esset certitudo Testium historicorum generatim, quod absurdum est.

Corollarium 1.) Deficiente consensu omnium moraliter (non physice) sumpto vel deficiente objecto debito (res fidei et morum), cessat quoque auctoritas; tantum valent, quantum probant, q. in scientiis naturalibus. 2.) Etiam singulorum Patrum magna est auctoritas, si nomine ecclesiae dogma defendunt e.g. Augustinus de gratiae necessitate contra Pelagianos, vel anathematismi Cyrilli Alex. contra Nestorium, approbati in Cone. Ephesino. — Similiter Athanasius, Basilius, Chrysostomus, duo Gregorii fugnantes contra Arianos; Cyrillus Alex., Leo M., Agatho et Sophronius contra Nestorianos et Monophysitas. — Non satis consuli potest post s. Scripturam plerumque ss. Patrum omnibus, qui ex geminis fontibus scientiam cum vitule christianae haurire volunt. Consultantur Patrologiae e.g. Mzog, Freiburg 1828; Semisour: L'histoire patrologie, v. Brnè 1907. =

Conspectus Thesorum.

Sectio II. Demonstratio christiana.

Art. I. Theoria revelationis.

Thesis I. Revelatio 1. tum in genere tum 2. in specie possibilis est.

Thesis II. Ad consequendum 1.) finem naturalem est humano generi aliquod adiutorium Dei (revelatio) moraliter necessarium, 2.) Supposita destinatione ad finem supernaturalem, est cuilibet homini revelatio supernaturalis absoluta necessaria.

Caput III. De criteriis revelationis.

Thesis III. Miraculi notio et possibilitas.

Thesis IV. Miraculum cognoscibile est tum 1) in se uti eventus supernaturalis a quolibet effectu naturali distinctus tum 2) relatione prout criteriis rationem habet, quo revelatio agnoscatur divina - idque 3) si non semper singillatim abstracte consideratum, saepe locum, praesertim si plura miracula concurrant et in concreto omnes circumstantiae attendantur.

Thesis V. Eae notioe valicini deducitur 1) eius possibilitas et 2) demonstrandi vis 3) eius cognoscibilitas criteriis negativis et positivis.

Articulus II. De veritate historica revelationis seu de Christo legato divino eoque Deo.

Veritas historica revelationis.

Thesis VI. Medium et organon authenticum propagandae et conservandae revelationis est 1) magisterium authenticum 2) nullatenus vero medium unicum est s. Scripturae, quae propter 3) etiam in posterum eodem medio revelatio conservanda et propaganda erit.

Thesis VII. Testimonia, quibus objectum et veritas historica revelationis christianae manifestatur, sunt 1. Ecclesia ipsa tum a) traditione (symbolis) tum b) scriptura N. T. 2. Quod confirmatur a) origine, propagatione, conservatione et efficacia eius in regenerando genere humano

De Jesu Christo legato divino ipsoque vero Deo.

Thesis VIII. Jesus Christus de semetipso testatur, se esse 1^o Messiam expectatum Iudaeorumque regem, 2^o proprium Dei Filium (verum Deum)

Thesis IX. Jesus Christus verus Deus est

Thesis X. Traditio apostolica conspirat cum s. Scriptura in testanda divinitate Christi

Thesis XI. Jesum Christum esse Messiam ipsumque Deum probatur valiciniis

Thesis XII. Christus divinitatem suam missionem probavit 1) miraculis 2) nominaliter sua resurrectione a mortuis et 3) valiciniis

Thesis XIII. Divina origo revelationis probatur 1. ex rapidissima eius propagatione, 2. mediis in temporibus conservatae 3. eius efficacia in morum transformatione, 4. et magno martyrum numero

Thesis XIV. Critica interior 1. personae 2. operis S. Christi confirmant divinitatem originem eius religionis

Secio III. Demonstratio catholica seu de ecclesia Christi.

Articulus I. de facto institutionis Ecclesiae

Thesis XV. Supposito 1. vivo magisterio authentico probatur 2. eius infallibilitas

Thesis XVI. Christus contulit apostolis potestatem legiferam, iudicariam et

coaelioanno.

- Thesis XVII. Christus contulit Apostolis potestatem sanctificandi
Thesis XVIII. Verbis Math. XIII. 18. promittitur Petro primatus in ecclesiano
Thesis XIX. Primatus Petro collatus est verbis Joannis 21. 15 seq.
Thesis XX. Christus constituit societatem religiosam, quam appellavit ecclesiam
Thesis XXI. Ecclesia Christi est perennis.

Articulus II. De constitutione ecclesiae.

Thesis XXII. De primatu Rom. Pontificis.

De infallibili magisterio S. Romani Pontificis.

Rom. Pontifex cum ex cathedra loquitur eadem infallibilitate pollet, qua ecclesiam suam instructam esse voluit

B. De Subiecto infallibilitatis.

Thesis XXIII. 1.) Nunquam et nullibi existit ecclesia, cui non praesesset unus episcopus et sub eo presbyteri et diaconi; 2.) Episcoporum munus et officium auctoritatem exercere potestatem docendi, regendi et sanctificandi

Thesis XXIV. Episcopi sive in concilio oecumenico collecti sive per orbem dispersi in proponenda doctrina fidei sunt infallibiles

De Objecto infallibilis magisterii.

Thesis XXV. Ecclesia est infallibilis 1. non solum in definienda doctrina fidei et morum sed 2.) etiam in vitalibus legibus cum illis necessario nexis 3. imple. in factis dogmat.

Articulus III. De proprietatibus et notis ecclesiae.

Proprietates ecclesiae.

Thesis XXVI. Ecclesia est visibilis

Thesis XXVII. Ecclesia est societas necessaria

De notis ecclesiae.

Thesis XXVIII. Ecclesia romano-catholica est apostolica. Apostolicitatis notio.

Thesis XXIX. Ecclesia romano-catholica est unus. Unitatis notio.

Thesis XXX. Ecclesia romano-catholica est sancta. Sanctitatis notio.

Thesis XXXI. Ecclesia romana est catholica